DE PEREGRINATIONE GALLICA UTILITER INSTITUENDA...

Thomas Erpenius, Justus Lipsius

Digitized by Google

9714

Hi 9714

UNIVERSITEITSBIBLIOTHEEK GENT
900000173647

THOMÆ ERPENII, V.C.

DE

PEREGRINATIONE GALLICA

Vtiliter inſtituenda Tractatus.

ITEM

Brevis admodum totius

GALLIÆ deſcriptio:

ET

IVSTI LIPSII V.C.

Epiſtola de Peregrinatione

ITALICA.

LVGDVNI BATAVORVM,

Apud FRANCISCVM HEGERVM.

ANNO cIↄ Iↄc. xxxi.

Ornatiſſimis, ac præclaræ indolis Iuvenibus,

GVILIELMO & HENRICO SCRIVERIIS,

Magni illius PETRI SCRIVERII Filijs, S. P. D.

NON *diu eſt, Ornatiſſimi* Iuvenes, *quod Clariſſimus longèque Doctiſſimus* Parens *Veſter, occupatum me in erigenda Officinâ Typographicâ ſingulari affecit beneficio. Cujus magnitudinem priuſquã apud animum meum ritè expenderam; ecce denuo me inviſens, ad novum vocavit laborem, editionem ſcilicet* IOANNIS SECVNDI, *à ſe nuperrimè*

Ornatiſſimis, ac præclaræ indolis Iuvenibus,

GVILIELMO
& SCRIVERIIS,
HENRICO

Magni illius PETRI SCRIVERII Filijs, S.P.D.

NON *diu eſt, Ornatiſſimi* Iuvenes, *quod Clariſſimus longèque Doctiſſimus* Parens *Veſter, occupatum me* [illegible] *r* [illegible] *pa-* [illegible], *ad* [illegible] *nda Officinâ Typographicâ* [illegible] *omen-* [illegible] *beneficio. Cujus* [illegible], *non niſi* [illegible] *priuſquã apud* [illegible] *n) paucis* [illegible] *ſtino calamo,* [illegible] *Conſultiſſimique* [illegible] *j, Reipubli-* [illegible] *tis, brevitv*[illegible]

rimè emendati: qui brevi, ſub minori formâ, ſed ut jamnunc video, omnibus haud ingratâ, è Typographeïo meo prodibit. Et ſi autem Clariſſimo Parenti *Veſtro, ut ſunt res meæ, debitas nequeo referre gratias; neutiquam tamen committendum duxi, quin turpiſſimam ingratitudinis notam ſtudiosè declinans, animo ſaltem grato teſtarer, quantum & ipſi, & ſuis, hoc nomine me debere ſentiam. Cùmque è re familiæ meæ ſit, ut non uni ſolùm, ſed varijs planè Operibus prælum Typographicum inſerviat; à viris doctis petere obnixè ſoleo; ut ſi quid Scriptorum penes eos ſit, operam ſuam hac in parte mihi ne denegent. Hinc factum, ut ante paucos dies apud Doctiſſimum Virum* D. Hieronymum

Bac-

Backerium I. V. D. *parvum aliquem ſed utiliſſimum viderim Tractatum* De Peregrinatione per Gallias utiliter & cum fructu inſtituendâ : *quem olim Affinis ejus, eminentiſſimus ac celeberrimus* D. THOMAS ERPENIVS, *Linguarum Orientalium in Academia Leidenſi Profeſſor, Dominus meus, (cujus memoriam ob ingentia beneficia per* XII *annos, quibus ei ab inchoata Typographia ejus Orientali, ad uſque ultimum heu! vitæ momentum inſervivi, in me collata, non niſi cum ſpiritu meo deponam) paucis ante obitum diebus, feſtino calamo, in uſum Viri optimi Conſultiſſimique* D. Ioannis Niportij, *Reipublicæ* Vltrajectinæ *à Secretis, breviter*

con-

conſcripſerat. *Viſo igitur Exemplari manuſcripto,* *D. Doct.* Backerium *obnixè rogavi, ut ejus mihi copiam faceret: quod & fecit Ornatiſſimus Iuvenis* D. Heymannus Niportius, *exhibito Exemplari Fratris ſui, unà cum binis Epiſtolis; tertiàque* V. Cl. IVSTI LIPSII *ad* Phil. Lanoyum, *de Peregrinatione per* Italiam; *quas omnes eadem operâ huic* Tractatui *adjunxi.*

Quanquam verò nullus dubito, quin Clariſſimus Parens *Veſter, quantiſper adhuc in vivis eſt, ſufficientibus Vos Præceptis inſtruat; quibus vitæ veſtræ Inſtitutum, tam intrà, quàm (ſi ita contingat) extrà Patriam, laudabiliter dirigatis, Scripta tamen Piorum, Doctorumque Virorum, in quibus aut per* Exempla

empla, *aut per* Præcepta *Poſteritati præeunt, haud minimũ, uti noſtis, unicuique in ſua Facultate ac Vocatione conferunt emolumentum. Eòque, cùm nequaquam occultanda, aut tineis blattiſque relinquenda ſint; ſed in lucem revocanda, in multorum uſum & commoditatem; juſtam ſanè cauſam me impuliſſe confido, cur* Tractatum *hunc nihil immutatum, ſed eodem planè ordine quo ſcriptus erat, prælo commiſerim. Videtur enim multis, & præſertim peregrinantibus, utilis futurus; quibus magna librorum moles plerumque ſolet eſſe impedimento.*

Vobis autem, Ornatiſſimi Iuvenes, *humiliter eum dedicandum cenſui atque offerendum, ut quemadmodũ à Clariſſimo & Humaniſſimo*

Parente *Veſtro beneficium accepi, ſic viciſſim teſtimonio aliquo comprobarem, & gratum eſſe me, & beneficij memorem. Rogo itaque quàm poſſum humaniter, ut hoc qualecumq; munuſculum hilari fronte excipere dignemini: id enim ſi fiat, voto meo abundè fiet ſatis.*

Valete Ornatiſſimi Iuvenes, *cum Viro ſummo* Parente *Veſtro, quem & ſalvere plurimum cupio, & Typum* IOH. SECVNDI *ac* IVLIÆ *propediem viſurum ſpero.*

Dabam Leidæ, *ipſis Idibus Martij,* ANNO DOM. cIↄ Iↄ c. XXXI.

Totus animo officioq; veſter

WILHELMVS CHRISTIANI.

Viro

Viro Clariſſimo

D. THOMÆ ERPENIO

S. D.

CVM nuper eſſem Leidæ, memini, nos inter pocula, ſermonem habuiſſe de Ratione Peregrinandi : qua in re non parum à pleriſque errari dicebamus. tu vero nobis aliã viam ac rationem, quam quæ vulgo ſervatur, breviter & diſtinctè exponebas. Pollicebaris inſuper aliquid ea de re litteris mãdare & ad me mittere. Ea me res Galliam aliaſque oras jamdudum cogitantem nõ mediocriter confirmavit. Itaque exſpectatione promiſſi tui quotidie magis ac magis motus, tan-

tandem deeſſe mihi nolui, quin te admonerem , ut præſtares quod pollicitus es. Vides quã liberè, & quaſi ex ſponſo tecũ agam. Neque effugies ſi dicas, μισῶ μνήμονα συμπότην. Hoc enim eò pertinet ne fidos inter amicos ſit qui dicta foras eliminet : non eò ut Fides, ita appellata quaſi fiat quod dictum eſt, è medio tollatur. Sed extra jocum: à te, *Vir.Cl.* pro tua ſingulari humanitate etiam atque etiam peto, uti hac in re conſulas rationibus meis, & mihi quã primum cõſilij tui ſententiam perſcribas. Ignoſcas velim huic feſtinationi meæ : Libens enim in Gallijs hybernarem : neque quicquam certi de itinere meo

ſtatuere

ſtatuere poſſum priuſquam cō-
ſilium tuum viderim. Sic habe-
to,ſi hac in parte nobis cōmo-
daveris,magnus ad priſtina tua
beneficia,quibus nos,& præci-
puè fratrem meum, obſtrinxi-
ſti,cumulus accedet. Ego viciſ-
ſim in omnibus,quæ ad te per-
tinere arbitrabor, ſemper ero

Tuus,tuique ſtudioſiſſimus

IOAN. NIPORTIVS.

Dat. Vltraject. 7. Septemb. 1624.

Conſtitueram has litteras per fratrem mittere: ſed ille videtur aliquantiſper hic manſurus, occaſione peſtis,quæ apud vos graſſari intelligitur.

Præ-

Præſtantiſſimo Iuvenum

D. IOANNI NIPORTIO

I. V. D.

Doctiſſime Niporti,

QVod hactenus promiſſi mei fidem non ſis expertus, multis atque adeo plurimis factum eſt negotiis, quæ me opuſculum ante multas ſeptimanas cœptum è manibus ſæpe deponere, ac primum quidem de ſeptimana in ſeptimanam, deinde de die in diem rejicere coëgerunt. Certè jam octiduum eſt, quod quotidie id ſtatuerim mittere, nec tamẽ id hactenus ſucceſſit. Nunc tàn-

dem id habe: non quidem tale quale cuperem, ſed quale dare potui. nam ſi plus mihi fuiſſet otij, diduxiſſem pleraq; latius, alia etiam nonnulla addidiſſem, & melius omnia diſpoſuiſſem. Sed tu, qua es ingenij virtute, & diſcendi ſtudio, defectum omnem meum facile ſupplebis. Si libros eos, quorum ego memini, videre deſideras, ſcito eos penes me eſſe, quin & ſi eorum quoſdam fortaſſis habere aliunde nō potes, utere meis. Neſcio an tibi is animus futurus ſit: ſed ego ſi

Præſtantiſſimo Iuvenum

D. IOANNI NIPORTI

I. V. D.

Doctiſſime Niporti,

QVod hactenus promiſſ mei fidem non ſis expertus, multis atque adeo plurimis factum eſt negotiis, qua me opuſculum ante multas ſeptimanas cœptum è man

dem id habe: non quidem tale quale cuperem, ſed quale dare potui. nam ſi plus mihi fuiſſet otij, diduxiſſem pleraq; latius, alia etiam nonnulla addidiſſem, & melius omnia diſpoſuiſſem. Sed tu, quæ es ingenij virtute, & diſcendi ſtudio, defectum omnem meum facile ſupplebis. Si libros eos, quorum ego memini, videre deſi-

... to eos penes me ...

us plu-
ſaluta.
24.
imus
NIVS.

mpen-

ONE

iri

RPENII u-
ante
præci-
ogię, Iuriſ-
ab-

tuo ſim loco, omnia nobiliora Galliæ loca quorum Cæſar meminit, curioſis oculis luſtrare cupere: quod gyrum iſtum Galliæ facere volenti facile foret, levi temporis & ſumptuū acceſſione. Sed fortaſſis tu antehac Galliam percurriſti, & ſatis habebis menſes aliquot Pariſijs ſubſtitiſſe: cuique ſuæ rationes notæ ſunt. Quicquid ſit, ego Deum precor ut te in itinere tuo comitetur, utque ſalvus atque incolumis cum magno peregrinationis fructu ad tuos revertaris. Vale & pa-

rentes

rentes tuos cum fratribus plurimum meis verbis ſaluta. Leidæ 29. Octobris 1624.

Tibi addictiſſimus

THOMAS ERPENIVS.

In utiliſſimum pariter & compendioſiſſimum

DE

PEREGRINATIONE GALLICA.

Tractatum Cl. Viri

D. THOMÆ ERPENII

Lib. Art. Magiſtri & Linguarum Orientalium quondam Profeſſoris eximij.

QVi gemino Auriacas Indo donavit Athenas,
Atque Arabas potuit Belga Syroſque loqui.
Et procul amotas Batavo ſub pectore gentes
Clau-

Clauſerat, exiguo cortice clauſus adeſt.
Nec mutus tacuiſſe poteſt. Vox mortua chartis
Siſtitur, & prælo vindice vita redit.
Succedit linguæ ſtylus: & quæ nomina vivo
Fata negant, cineri poſthuma fama dabit.
Hoc duce, Niporti, *facili te Sequana Gallo*
Inficit, & Celtam promptus ab ore fluis.
Hoc ritus præeunte notas: prudentior, illo
Indice, Borbonios, fana, forumque vides.
Sed ſolus ſocio hoc gaudes. Nunc omnibus idem
It comes, & comites non ſinit eſſe rudes.
Quod brevior, meliorque, tacet, ſupplebitur uſu:
Scilicet artificem vita magiſtra facit.
Plus loquitur dicitque minus qui pondere librum
Æſtimat: ille placet, qui brevitate placet.
Concedant minimus ſpatioſa volumina chartis:
Qui ſapiens ſcribit paucula, plura docet.

L. à NYENDAEL.

THO-

THOMÆ ERPENII
DE
Peregrinatione GALLICA, utiliter inſtituenda
TRACTATUS.

SECTIO I.
De lectione & ſtudio durante peregrinatione.

I.

PEREGRINATIONEM Gallicam nemo ſuſcipiat, quin ante ſtudium ſuum præcipuum, nempe Theologię, Iuriſprudentiæ, vel Medicinæ ab-

ſolverit; & libros ejus facultatis nullos circumferat, niſi forte compendioſum aliquem libellum conſervandæ memoriæ eorum, quæ didicerit.

II.

Finis peregrinationis ſit notitia ſextuplex, *Linguæ*, *Regionis*, *Regiminis*, *rerum geſtarum*, *morum*, & *clarorum virorum*.

III.

Ac *morum* quidem & *clarorum virorum* notitia, ſola, ut ita dicam, praxi & quotidiana inter peregrinandum obſervatione & ſalutatione comparatur.

IV.

Linguæ, *Regionis*, *Regiminis*, & *Rerum geſtarum* notitia, non tantum praxin, ut ita dicam, peregrina-

grinatoriam, ſed & privatum aliquod ſtudium requirit, idque in paucis, ſed ſelectis libris, de quibus nunc in ſingulis videamus.

V.

Ad *linguæ* cognitionem faciliorem & accuratiorem omnino legenda eſt Grammatica Gallica *Caroli Maupaſij Bleſenſis*, quæ nuperrime in Latinum eſt tranſlata. quanquam & ipſa Gallica à Latinæ linguæ perito facilè intelligatur. Diligenter obſerventur ea, in quibus frequenter errare exteros dicit: & verba omnia imperfecta fideliter memoriæ imprimantur. nec ulla præterea Grammatica Gallica legatur.

VI.

Grammaticæ conjungatur diligens lectio Colloquiorum Gallicorum *Philippi Garnerij Aurelianenſis*, inſcriptorum *Gemmulæ Gallicæ linguæ*, quæ omnino genio Gallico ſunt, & jucundæ lectu: ac ubique obſerventur diligenter formulæ iſtæ loquendi, quæ à vernaculis recedunt.

VII.

Hinc legantur *Les ſereres de Guillaume Bouchet*, tribus voluminibus in 12°. excuſi, lectu jucundi & eleganti ſtilo. Item *L'aſtree* dialogos amantium cõtinens, ſed caſtos ac elegantes, & ſingulari eloquentia.

VIII.

Ad Epiſtolas ſcribendas utiliſſima erit lectio opuſculi cujuſdam in 12°. *Le Secretaire des Secretaires, à Roüen* 1610. in quo multæ ſunt familiares & non fucatæ literæ, quarum diligente lectione facile erit habitum aliquem ſcribēdi Epiſtolas Gallicas comparare. Ex Poëtis ſolus *Bartaſius* ſuffecerit.

IX.

Cæterum ad comparandam promptitudinem loquutionis Gallicæ, imprimis conducit & neceſſaria eſt jugis cum Gallis converſatio, & popularium averſatio. Convictus in familia comparetur Gallica, in qua ſint pueri, quibuſcum ſine ſcru-

pulo & liberè garrire liceat: nam hoc incredibile dictu eſt quantum conducat.

x.

Si fieri ulla ratione poſſit, in nobilioribus urbibus & præcipuè Pariſijs, comparetur convictus apud primarium aliquem bibliopolam, cujus tabernam Conſiliarij, Advocati & alij quique viri magni frequentent, quorum à ſermonibus plurima erit diſcere: & dabitur eo pacto occaſio, in notitiam, familiaritatem, & converſationem inſigniorum quorumque ſe inſinuandi.

xi.

Regionis notitia hauriatur ex *Coſmographia Merulæ*: & libro

Galli-

Gallico inſcripto, *Les antiquitez & recherches des Villes Chaſteaux, & Places plus remarquables de toute la France, diviſèe en 8°. liures, A Paris*, in 8°. 1614. nec non *Iodoci Sinceri Itinerario Galliæ, Lugduni*, anno 1616, in 16°. adhibita ubiq; charta majori Galliæ & in Gallia ligno inſculpta & edita, anno .... ſi haberi ea poteſt, aut alioqui Amſterdamenſi ænea majori, quanquanquam ea minus eſt accurata, ut & ænea minor; hanc tamen ob commoditatem ſemper quoq; oportet ad manum habere.

XII.

Ad *Regiminis* notitiam legantur libri tertius & quartus *De*

l'Eſtat & ſucces des affaires de France de du Haillan, a Rouen, in 8°. Item, *Diſcours de la France*, in magno illo opere inſcripto, *Les Eſtats, Empires, & Principaultez du Monde*.

XIII.

Ad cognitionem *Hiſtoriarum* diligenter legantur, & pene ediſcantur, duo primi libri *De du Haillan*, elegantem epitomen hiſtoriarum Gallicarum continentes. Deinde legi poterunt *Memoires de Serres*. Item, *Iulius Cæſar de bello Gallico* ex editione Raphelingiana, nam ea habet indiculum nominum locorum breviorem quidem, ſed multo accuratiorem reliquis, quippe à Scaligero factum.

Atque

XIV.

Atque iſtorum quidem librorum lectionem ego peregrinatori Gallico ſufficere puto. Si quis tamen diutius in Gallia hærere velit, & his lectis alios etiam deſideret, offerent ij abundè ſe in Gallia.

SECTIO II.

De ratione itineris inſtituendi.

I.

CONſultum omnino erit peregrinatori in Vrbe primaria Pariſiorum ſubſiſtere, donec ſic ſatis bene Gallicè loqui didicerit, & auctores omnes ſupra

pra memoratos diligenter legerit.

II.

Atque ibi dum hærebit, deliberet plenè de ratione, qua reliquam Galliam ſit luſtraturus: quemque ſua trahit voluptas, & imprimis habenda eſt ratio temporis conceſſi, ac pecuniæ. Communiter tamen ſolent, qui Galliam vident, gyrum quendam per nobiliora ejus loca inſtituere: quæ ratio mihi non diſplicet. Puto certe juveni curioſo præter Pariſios ſequentia etiam videnda eſſe loca:

Orleans.	Saulmeur.
Blois.	Angiers.
Tours.	Remes.

Nantes

Nantes.	Orange.
Rochelle.	Grenoble.
Bourdeaux.	Lion.
Montauban.	Geneve.
Tholouze.	Beſançon.
Narbone.	Dijon.
Montpelier.	Troie.
Nimes.	Reims.
Arles.	Amiens.
Marſeille.	Roüen.
Aix.	Diepe.
Avignon.	Calais.

Et ſi quæ alia antiqua, Cæſari imprimis memorata, aut alioqui viſu digna, nominatis à latere, ut ita dicam, adjaceant, ne pigeat quoque eo divertere, & in viam deinde redire. Danda tamen eſt opera, ut ſi fieri poſſit, comes habeatur Gallus,

lus, non indoctus. Pariſijs autem, & in alijs majoribus urbibus, ſi quis apud primarium Bibliopolam habitet, occaſio ad hoc non deerit. cum enim intelliget virum aliquem egregium, & ex quo aliquid diſcere poſſit, aliquò cogitare, offeret ei ſe & præbebit comitem: quæ res Gallo grata, ipſi autem utiliſſima eſt futura.

III.

Omnino autem conſultum erit in nobilioribus & majoribus aliquandiu ſubſiſtere; nec ante è qualibet diſcedere, quã ejus notitia ſatis accurata habeatur, tum luſtratione, tum inſpectione chartæ delineationem ejus continentis, ſi ea detur;

tur; & lectione quoque deſcriptionis ejus, ſi quæ ſeparatim extet: (quod ubique apud bibliopolas facile erit intelligere) quàmque hominum mores utcunque perſpecti, & virorum doctorum notitia comparata ſit, quin & loca nobiliorum eventuum diligenter conſiderata, & cum Auctoribus collata.

Vt particulares multarum urbium delineationes & deſcriptiones reperiuntur: ita extat Viſantio Chiffletij liber elegans in 4°.

SECTIO III.

De Obſervatione.

COgnitâ ex libris ſupra memoratis regiminis ratione,

ne, & dignitatum omnium in Gallia qualitate, ſtudiosè inquiratur & obſervetur toto itineris tempore

I.

Quænam perſonæ & quales ſingulis dignitatibus præſint, tum in aula tum extra aulam: quinam ſint Principes ſtirpis regiæ: quinam Pares, Duces, Comites, Gubernatores provinciarum, & Vrbium: quis Comes ſtabuli, Cancellarius, Cuſtos Sigilli, Mareſcalcius, Admiralius, alijque nobiles & inſignes Officiales quæ ſingulorum origo, liberi, potentia, opulentia, gratia apud Regem, affinitas, amicitiæ, inimicitiæ, ſimultates & ſimilia.

Qui-

II.

Quinam præſtantiſſimi Iureconſulti, quà Conſiliarij, qua Advocati, quà Profeſſores, quà alij. Quin & Iuris ſtudioſus optimè fecerit, ſi pleroſq; eorum inviſerit. fieri enim non poterit, quin à ſingulis aliquid diſcat. certè unum hominem doctum vidiſſe plus juvabit, quam decem palatia. ea propter ego quoque puto octo Parlamentorum Gallicorum ſedes peregrinatori curioſo videndas eſſe. imprimis ſtudioſo Iuris. unde & ea in tabella mea locorum videndorum propoſui.

III.

Quænam præcipuæ ſint perſonæ Eccleſiaſticæ, quinam & quales

quales ſint Pares, Cardinales, opulentiores Abbates, famoſiſſimi Ieſuitę, optimi Concionatores, ex magnis & nobilibus familijs Capuchini, alijque aliorum Ordinum, &c.

IV.

Quiſnam ſit ſtatus reformatorum, quæ ratio regiminis tum in Eccleſiaſticis, tum in Politicis. qui ſint eorum conventus ſolennes, quæ conventuum tum Politicorum, tum Eccleſiaſticorum, tum mixtorum ratio. quænam habeant loca ſecuritatis in ſingulis Provincijs, quique eorum ſint gubernatores, & quæ vires. quos inter ſuos habeant principes, & magnates, & qui inter eos nuli-

nulitiæ periti. quos & quales deputatos in Aula. quos Miniſtros claros vel eloquentia vel eruditione. quis Miniſtrorum in univerſa Gallia ſit numerus; quis Claſſium provincialium, ſeu in quot Provincias diſtinguantur reformati, & quas. quæ ſit magnitudo ſingularum Eccleſiarum. quas habeant ſcholas, & quos in ijs potiſſimos Doctores, &, ut uno verbo rem expediam, quæ ſit ratio eorum omnium, quæ ullo modo ſpecialiter ad reformatos pertinent.

Cum autē ea nō poſſint meliùs & certiùs, quā à Miniſtris Eccleſiarum diſci, operam dabit peregrinus, ut dum Pariſijs hærebit, Miniſtros maxime af-

fabiles ſubinde inviſat. quin &, ſi me audit, in ſingulis, quæ deinde pertranſibit, locis, Miniſtrum aliquem primarium ſalutabit, ut tum ſtatum & quantitatem iſtius Eccleſiæ, tũ quem potiſſimum Miniſtrum, in eo quem deinde aditurus eſt loco, ſit inviſurus, diſcat. Et fieri non poterit, quin ita eos ſalutans, multa ex ijs ſit auditurus, quæ vehementer gaudebit didiciſſe: ſive ea ad melius inſtituendum iter, & aditum aliorum in alijs locis, ſive ad augmentum ſcientiæ, qui unicus ferè peregrinationis debet eſſe ſcopus, pertineant. Imo ſummoperè conſultum erit, ut is qui accuratã illarum Eccleſiarum

rum notitiam deſiderat, (quod utique omnino neceſſarium eſt ijs, qui in conventibus tum Eccleſiaſticis, tum etiam Politicis, apud nos , atque adeo in omni converſatione oſtendere cupiunt, ſe res Galliæ intelligere, & cum magno fructu in ea peregrinatos eſſe) ut alicubi menſem unum & alterum in oppido aliquo primario, apud Miniſtrum aliquem egregium & affabilem habitet; ex quo plenam eorum omnium, quæ ſupra dicta ſunt, notitiam haurire poſſit. Eſt Rupellæ D. Lumæus, vir ſingulari doctrinâ, humanitate & rerum Gallicarum, tum Pontificiorum, tum Reformatorum peritiâ, ex quo

incredibile dictu eſt, quantum juvenis curioſus diſcere poſſet. ſed & in alijs nobilioribus urbibus, ubi florentes ſunt eccleſiæ, viri etiam complures alij reperiuntur, quorum operâ, eorum quæ jam dixi, notitia comparari poterit.

V.

Ad auditorum autem & obſervatorum cuſtodiam neceſſe erit, ut peregrinator penes ſe ſemper habeat pugillares ſatis capaces, in quibus omnia ea quæ quotidie diſcet, accuratè, eo ordine, quo ſeſe offerent, annotet. item libellum ſcriptorium ſubtilioris chartæ, quam Poſt-pampier vocant in 8°. craſſitie pollicis, aut paulò majori,

jori, in quo ea, quæ in pugillaribus annotaverit, otio dato minuſculis literis accuratè deſcribat; in certas claſſes digeſta, ſecundum hos aut ſimiles titulos

De Rege & Regijs.

De Magnatibus, & Principibus omnibuſque Officialibus.

De Parlemētis, ſeu ſupremis Curijs.

De Viris claris.

De Eccleſijs reformatis.

Caſus, & res naturales memorabiles.

Sententiæ & Apophthegmata.

Nec opus erit in ſingulis titulis, curioſum aliquem ſcribendorum ordinem obſervare: ſuffecerit ſolus ordo titulorum; quæque ad ſingulos pertinebūt con-

confusè tantum in ijs annotentur, ſuo tempore melius diſponenda. relinquatur tamen mediocris margo exterior ad modum librorum impreſſorum, inque eò breves ponantur notæ (uno ſcilicet & altero tantum verbo) rerum indices, quo cùm quærendum quid erit id facilè inveniatur.

Sectio IV.

De Libris circumferendis.

I.

Libros omnes ſupra memoratos Pariſijs oportebit habere, & legere: ſed eâ Vrbe reli-

relictâ præter pugillares & librum ſcriptorium, de quo jam dixi, ſequentes ſolùm circumferantur, & in ſingulis deinde quæ videbuntur locis de ijſdem conſulantur

Iodoci Sinceri Itinerarium Galliæ.

Les antiquitez & recherches de France de Ducheſme, in 8°, ſed duobus voll. ligata, quia unum craſſius eſt, quam ut commodè ſacculo femorali capi poſſint.

Coſmographiæ Merulæ liber tertius, partis ſecundæ, qui de *Gallia.*

Diſcours de la France, in majori iſto opere: *Les Eſtats Empires & Principaultes du Monde*.

Cæſaris libri de bello Gallico, unà cum indice Nominum propriorum.

Charta

Charta Galliæ Major, ſed in ſex aut octo partes diſciſſa (ad commodiorem uſum) & quidem illa, quæ ligno eſt inſculpta, ſi haberi poſſit. Item ænea minor. & *Charta Galliæ antiquæ Ortelij*, quæ tamen habenda eſt pro parum accurata, ut ſolers peregrinator multis atque adeo plurimis in locis obſervabit. Eruntque in ea errores omnes diligenter notandi & emendandi.

II.

Fragmenta autem iſta librorum, ut ſeparatim habeantur, integri libri in albis, ut ajunt, emendi ſunt, & ex ijs partes iſtæ ad minorem molem, ſumendæ & ſeparatim ligandæ,

ac

ac membrana coriacea ſimplice, non infarctâ, veſtiendæ, ut facilius complicari poſſint, & ſarcinulis aut ſacco femorali indi. Conſultum ſiquidem arbitrarer; perpetuo circumferri ſacco Itinerarium *Sinceri*, & partem alteram Operis *Les Antiquitez*. Nec diſſuaſerim, quatuor ſaccos confieri, pelliceos, & ſic ſatis profundos, quibus præter alia portetur capſula ſcriptoria ex coriacearum genere, quæ præter atramentarium æneum, etiam ſcalpellum habeat, & ſtylum ferreum ſive graphium. Hujuſmodi capſulæ peregrinantibus mirũ quantum commodi præſtent, nec in Gallia æquè, ac hîc, haberi poſ-

ſunt. Autor etiam ſim, in aliquà capſulæ iſtius cellula recondi particulam laccæ, obſignandis litteris. Et in locum ſcalpelli reponi calamos ſcriptorios duos. Carere ſiquidem ſcalpello poſſumus & calamum vulgari cultro aptare. At ſtyli ferrei major eſt neceſſitas & uſus.

III.

Atque iſtam rationem itineris Gallici qui ſequutus fuerit, is maximo cum fructu domum revertetur, & tantum profecerit ut in omni de Gallia ſermone & quotidiana converſatione oſtenſurus ſit ſe linguæ & rerum Gallicarum peritum eſſe;

eſſe; & longe majorem fructum, in communi ratione vitæ in Politicis & Hiſtoricis referet, quam vulgus peregrinantium ſolet retuliſſe.

Brevis admodum TOTIVS GALLIÆ deſcriptio.

G 3 GAL-

GALLIÆ

Fines, Natio, Nomen, & Ambitus.

QVIDQVID à Rheno per Oceanum, Pyrenæos montes, mare mediterraneum, & Apennium, uſque ad Anconam terram clauditur, communi appellatione GALLIA appellatur. Pyrenæis enim jugis ad occaſum includitur, & ab Hiſpania ſecluditur. Ad ſeptentrionem & boream Gallico Britannicoque Oceano. Ad orientem autem ſolem Rhenus illi paribus pene ſpacijs ex Alpibus in oceanum, quibus Pyrenæũ jugum ex interno mari ad

ad externum, procurrit. Quà meridiem ſpectat, Narbonenſe illi protenditur pelagus. Sic quinque metis finitur GALLIA, (*la Gaule, la France:*)

Rheno,	*le Rhin.*
Oceano,	*la mer Oceane.*
Pyrenæis montibus,	*les monts de Pyrenée.*
Mediterraneo mari,	*la mer Mediterranée.*
Alpibus.	*les Alpes.*

Baptiſta Mantuanus in Dionyſio ſuo, libro ſecundo:

Gallia terreni pars eſt non infima mundi;
Sed longe lateque patens. Hiſpanica tangit
Oppida ab occaſu. Seſe conjungit ab ortu

Italiæ. Noſtro hinc pelago, quà
reſpicit auſtrum,
Clauditur. Oceano, geminas quà re-
ſpicit urſas.
Vnde venit boreas, hibernaque
frigora ſurgunt,
Et vada Teutonici tangit vaſtiſ-
ſima Rheni,
Terra hominum frugumque fe-
rax, armenta gregeſque
Vberibus paſcens glebis: non lan-
guida cælo
Tabifico, non mortiferis infeſta
venenis,
Vt Libye: non perpetuis adoperta
pruinis,
Sicut Hyperborei montes: non
torrida ab æſtu,
Qui faciat ſteriles, ut decolor
India, campos:

Non

Non etiam noctis pallens ſemeſtribus umbris,
Quale ſub arcturo poſitum mare, & ultima Thyle:
Sed nec ut Ægyptus, quæ fuſa paluſtribus undis;
Sed cælo & teneræ fœcunda uligine terræ.

Et paullò pòſt:

Ignea mens Gallis, & lactea corpora. nomen
A candore datum populis. Muliebria pingit
Ora color Tyrius: Paphium meditata decorem
Ex geminis fecit natura coloribus unum.
Læti, alacres, luſu, choreis & carmine gaudent.

In ventrem proni, proni in convivia, proni
Ante dapes in ſacra deûm. ſervire, jugumque
Ferre negant. fugiunt figmenta, & hypocriſin. ore
Liberi, ut ingenuis mos eſt. tetricoſque peroſi,
Venatu, aucupio campos, montana, lacuſque
Sollicitant. bellandi uſu lætantur, equorum
Terga fatigantes. loricæ, haſtilia, & arcus
Deliciæ genti. ſub dio ad ſidera ſomnum
Carpere, fuſcari ſole & ferrugine, pulchrum eſt.
Pulvere conſpergi; gravibus ſudare ſub armis;

Pro

Pro patriâ, pro cognatis, pro regibus ire
In pugnam & gladios, & morti occumbere, dulce eſt.
Ægoceros genti dominans, ſi credimus aſtris,
Si damus hoc cælo arbitrium. citò mobile pectus;
Cordaque largitus, rerum ſitibunda novarum.

A candore autem populi nuncupata eſt Gallia. nam montes rigor cæli ab eâ parte ſolis ardorem excludunt. quo fit ut candida corpora non colorentur. Hinc Græci Gallos GALATAS vocant, propter *lacteum* gentis colorem. Γάλα enim eis eſt quod nobis eſt *lac*. à quo nomine Latini *Gallos* deflexêre.

flexêre. Id quod etiam innuere aperte videtur Vergilius, ijs verſibus:

Galli per dumos aderant, arcemque tenebant,
Defenſi tenebris, & dono noctis opacæ.
Aurea cæſaries illis, atque aurea veſtis.
Virgatis lucent ſagulis; tum lactea colla
Auro innectuntur. duo quiſque Alpina coruſcat
Gæſa manu, ſcuti protecti corpora longis.

Totius autem Galliæ longitudo eſt CCCCXX M. paſſuum. latitudo CCCXIII M. paſſuum non excedit.

GALLIA *omnis triplex.*

CIſalpina, quæ & *Tonſa*, ſive *Togata* dicitur, quòd ejus tractus homines togâ Romanorum paſſim uterentur. Inter autem Apenninum & Alpes, & ſinum Adriaticum interjacens planicies, *Citerior* Gallia nominatur. Gallia Romanis *Ciſalpina* dicitur; nobis *celle qui eſt de la les monts*. Pars eſt Italiæ Lombardia.

Tranſalpina, quæ & *Comata* dicitur; ab intonſis crinibus. Veteres namque Galli nutriendæ comæ ſtudio tenebantur.

Braccata; quæ ſecus littus mediterranei freti porrigitur: à *braccis*, id eſt, femoralibus pro-

lixis, veſtium genere, ſic vocitata; quo utebantur, qui, præter hoc, ſagis tecti (Strabone teſte, lib. IV geograph.) & veſtibus brevibus, quibus vix nates tegere poterant, veſtiebantur. Poſtea etiam *Narbonenſis* eſt dicta, à *Narbone* coloniâ, omnium Galliæ regionum fertiliſſimâ, & (ut ait Plinius) nulli provinciarum poſtferendâ. Dividitur ab Italiâ amne Varo, (*le Var*,) & Alpium jugis: à reliquâ Galliâ latere ſeptentrionali, Iurâ (*le mont Iou*) & Gebennâ (*la montagne de Geneve, & aulcuns les monts d'Arvergne*) mõtibus. Hodie *Provincia* dicta eſt, *la Provence*.

TRANS-

TRANSALPINA.

EX Cæſaris deſcriptione triplex: Belgica, Celtica, Aquitania. Illas Matrona (*la Marne*) & *Sequana.* (*la Seine*) dividunt: has Garumna (*Garomne*) flumen.

Belgica (*la Gaule Belgique*) mari Oceano, Rheno, Matronâ, & Sequana fluminibus includitur, & pro majori parte linguâ Teutonicâ utitur. Dicitur autem Belgica, quaſi *bellorum gens*, vel *bella gerens*. Continet Germaniam primam & ſecundam.

Celtica (*tout le pays qui eſt entre la Belgique & l'Aquitanie*) ſive Lugdunenſis, Garumnâ, Matronâ, Sequanâ & Rhodano

(*le Rhoſne*) fluminibus comprehenditur. Hæc nunc dicitur *Francia*, (*la France.*) Celtæ enim à Francis Germaniæ ſubacti, Franci Occidentales cœpêre dici. à quibus ipſa provincia de nominatur.

Aquitania, (*l'Aquitaine, Gaſcogne, & Guienne,*) ab obliquis aquis. *Ligeris* dicta; *Aremonica* antè appellata. A Garumnâ ad Oceanum mare & Pyrenæos montes extenditur. à circio enim, ſeptemtrionali vento, occidentẽ verſus, Oceanum habet; qui Aquitanicus ſinus dicitur: ab occaſu Hiſpaniam: à ſeptemtrione Lugdunenſem provinciam: à meridie Narbonenſem. Corporibus hominum & linguâ à

cæteris

cæteris differt. Hodie *Gaſconia* dicitur.

CISALPINA.

CIſalpinæ Galliæ, quæ Italiæ finibus incluſa eſt, & aliquando Liguriæ nomen habuit, provinciæ:

Inſubria, inter Ticinum & Abduam, Padum & Alpes.

Lombardia, ſive *Langobardia*, regio totius Italiæ uberrima; oleo, vitibus frugibuſque fœcunda; aquis & lacubus illuſtris; fructibus & piſcibus copioſa; vicis, arcibus & opulentiſſimis civitatibus inſignis.

Venetia, regio & urbs clariſſima, totius orbis emporium, in paludibus Maris Adriatici miro ar-

ro artificio ædificata. Nunc *Marchia Terviſiana.*

Romaniola, ſive *Romandiola*, olim *Flamminia*, & *Æmilia*, *Japidia*, & *Carnia*, nunc *Forum Iulium.*

Populi Galliæ citerioris.

LOmbardi ſive *Langobardi*, dicti ſunt vernaculo Germanorum ſermone à promiſſa barbâ, cui nutriendæ præ aliis Germanorũ gẽtibus unice ſtudebant. nunc *Inſubres* dicti. Sub quibus ſunt Græcæ originis]

Orobij; nunc *Briantei* nominantur. quos ſecundũ Alpium crepidines *Cenomani Brixienſes* ſequuntur. à quibus originem traxêre *Cenomani Celtæ*, nunc *Lemans* dicti, Andegavenſibus pro-

proximi & Rhedonibus verſus Oceanum.

Veneti.

Ananes. non longe habitant à Maſſilia.

Boji, Bononienſes. à quibus *Boji*, nunc *Borbonenſes*, Heduis vicini, orti ſunt.

Eganes.

Senones.

Geſſatæ. nunc *Romanioli.*

Salaſſi. nunc *Pedemontani*, juxta Alpes Grajas. olim *Cotji.* regnum nunc ducis Sabaudiæ. quos *Lebui* ſequuntur. hinc *Salij*, ultra Niceam montes incolentes : quo nomine Franci priùs appellati ſunt ; quod eorum leges arguunt, quæ *Saliæ* nominantur.

Inſubrum, ſive Longobardorum, urbes ſunt

MEDIOLANVM, Galliæ ciſalpinæ totius metropolis, à Medo Inſubrum duce dicta: vel quòd inter amnes media, veluti Meſopotamiæ regio, ſita ſit. In cujus agro ſunt

Mutina, vetuſti nominis civitas, Romanorum colonia; nunc *Modena*.

Laus Pompeia, ſive *Lauda*. in ripis Adduæ.

Rhegium; nunc *Rego*.

Parma; ab amne Parmâ, ipſam influente.

Placentia, juxta Trebiam flumen. Hęc tria Bojorũ fuerunt.

Alexan-

Alexandria, (quam interfluit amnis Tanarus,) &

Aſta colonia, inter Ananes numerantur.

Alba, *Pompejana* à Plinio appellata.

MANTVA, Virgilij, vatis clariſſimi, patria; quam Mincius amnis undique circumfluit. Hinc non procul eſt

Riva oppidum.

Belzojoſum.

Moguntiacum.

Caſtillionum.

Voſiſium.

Binæ. nunc *Binaſcum*.

Caſtrum Sepri,

Maxentia,

Vicomercatus:

Manlianum, nunc *Marlianum*.

Oro-

Orobiorum civitas præcipua eſt *Novocomum*, trium Pliniorum patria, in margine Lariano: à quo non procul eſt Bergamum, ſub Rheticis Alpibus.

Paphia, quæ & *Ticinum*, à *Ticino* flumine; in cujus laudes Rodolphi Agricolæ Panegyricon extat.

Vicus Martis, Brianteorum metrocomia.

Licinophorum.

Melcium.

Cenomanorum metrocomia eſt *Brixia*, arce & duplici muro munitiſſima.

Cremona, Mantuæ vicina, Quintilii Poëtæ patria.

Bebriacum.

Cre-

Crema, ad ripas Serii.

Non longe à Cremonâ *Caſtrorum locus* à Tacito celebratus.

Venetorum civitates precipuæ.

V*Enetiæ*, cultu, legibus, inſtitutis, civilitatē & potentiâ clariſſimæ; quæ regna poſſidet & moderatur.

Forum Iulij, Octavianorum colonia, Paulino, Suetonio, & Iulio Agricolæ celebratiſſima.

Aquileja vetus, ad Natiſonem amnem, ex Carnicis jugis delapſum, poſita; qua patriarcham habet. cæterùm, hodie, ut in ruinis, urbis magis veſtigia quàm urbem cernas. Ab eâ non longe eſt

Alti-

Altinum, etiam celebre.

Padua, alio nomine *Patavium*, dictum quaſi Padavium, à Padi vicinitate; ubi Antenoris ſepulchrum, à quo conditam ferunt. Nobilitata eſt maxime T. Livio, & hiſtorico, & oratore facundiſſimo; Paulo juriſconſulto; Flacco & Voluſio poëtis. Venetorũ ditionis eſt.

Tarviſium, civitas mœnibus, arce & aquis munitiſſima. Hanc interfluit Silis, amnis placidiſſimus.

Tridentum. Hoc loco tranſitus eſt Alpium, quæ Tridentinę vocantur.

Vicentia; per cujus agrum Rharonus & Bacchilio amnes dilabuntur: qui ubi ad Vicentiæ

tiæ mœnia confluxêre, Medoacus fluvius appellatus in mare Adriaticum defertur.

Verona, à Gallis condita, ut libro II Iuſtinus refert. eam Athesis interſecat. in cujus agro Benacus Mincium amnem ejicit. Sub Venetorum ditione.

Feltram, item *Bellunnum*, & *Opitergium*, Veneti tractûs civitates extitêre.

Bojorum metrocomia fuit *Tannetum*. nunc *Bononia* eſt; quæ *Felſina* ab antiquis eſt dicta. Hanc urbem Rhenus alluit. Bononiam alteram reperies inter Celtas ad littus Oceani.

Fidentiola, vetuſtiſſimum oppidum.

Secus Padum *Hoſtilia* eſt. Item

In extremo agri Novarienſis margine *Municipium* eſt.

Ciſalpinæ Galliæ flumina & lacus.

E montibus, quos Salaſſi colunt, duo defluunt *Duriæ*.

Inter Auguſtam Taurinorum & Clavaſiũ *Morgus* eſt; qui nunc *Orchus* appellatur: & fluvius alter, quem *Sturiam* nominant.

Inde eſt *Seſites*; quem *Sicciam* etiam vocant: unde Sicciani populi.

Mox eſt *Aconia* inter Novariam & Seſitem; & inter hanc & Ticinum *Terdupſius*.

Ticinum Verbanus lacus emittit, cui, ob latitudinem, majoris cognomen eſt inditum.

In Verbanum ſe duo lacus exonerant. alter ab occaſu, ex agro Novarienſi, quem *Ortæ lacum* nominant. alter ab oriente, cui *Lucano* ex adjacenti oppido nomen eſt. ambo autem piſcoſi admodum. Medio autem *Verbanus* eſt, velut Alpinarum aquarum rex & dominator.

Verbanum ſequitur *Larius*, eâdem longitudine; latitudine autem minor longe. in quem deſcendit *Abduas*, ex Rheticis montibus præcipitatus. Vnde & *Danubius*; qui & *Iſter* appellatur.

In Abduam ex Bergomatum

montibus *Brembus* fluvius irrumpit. Deſert etiam ſecum ex eiſdem fere Alpibus *Serrium*, in *Padum*: qui à Græcis *Eridanus* dicitur; nullis Italiæ fluminibus inferior; & in Adriaticum prorumpit ſinum; apud quem Phaëthontem cecidiſſe, in fabulis traditum eſt.

In agro Inſubrum XVII lacus, flumina autem LXIII eſſe, Blondus teſtatur: eorum tamen nomina non recenſet.

Eſt *Eupylis* fluvius, qui *Lambrum* emittit, *Vmbronem* ab aliis dictum. Eſt & *Lambrus* alter, quem Inſubres Meridianum vocant; & *Orona* altera: qui pariter excipiuntur à Lambro quem emittere Eupylim diximus.

mus. In quorum confluenti S. eſt Angelus, opidum elegantiſſimum.

Deinde *Sebunus* eſt lacus, qui nunc *Iſeus* appellatur, hic *Olium* emittit fluvium.

Ex Brixiano agro *Mela*, *Broccho* & *Morma*.

Ex Tridentinis Alpibus *Sarca* fluvius effluit.

Benacus lacus eſt Veronenſis agri, citrorum copiâ odoratiſſimus. Ex eo *Mincius* egreditur: in cujus ripâ opidum eſt *Governum*.

Atheſis fluvius ex Alpibus derivat.

Mox eſt *Medoacus*, quẽ nunc *Bacchilionem* Veneti nominant: medio hic Vicentiam dividit.

Tima-

Timavus, *Brenna* etiam dictus.

Siſinus, *Muſio*, *Anaxus*; qui nunc *Planus*.

Vayanus; nunc *Calorius*.

Liquentia, ex Opiterginis mõtibus; nunc *Liventia*; in quem influit *Meduna*.

Alſa, nunc *Liminius*.

Hiſce fluminibus univerſa Ciſalpina verſus Alpes irrigatur; quæ ferè omnia in Padum deferuntur. Ex Apennino autem iſta effluunt:

Borbus: cujus ſunt initium *aquæ Statiellorum Ligurum*.

Mox eſt *Tanarus*: quem ajunt torrentium XII illuvione augeri. *Ratum* Plinius appellat, quem alii *Scriniam*. Georgius Merula *Iriam* putat appellari:

Sera-

Seravalle opidum fere alluit penes Vicheriam.

Coronus eſt fluvius *Ratum*, paulo Iovio *Statola* dictum. in cujus oſtio eſt Albianum opidum.

Sequitur *Copa* fluvius; & illum *Tunnus*; à quo alluitur S. Ioannes, agri Placentini opidum.

Illinc rectà itur ad *Trebiam*; *Niciam* à Plinio dici putarim; quã recentiores *Nuram* appellant, apud Fidentiolam.

Illum *Tarus*, *Rarus*, *Arda*, *Ocha*, *Conius*, ſequuntur. Oritur Tarus ex colle Bardonis; in cujus cacumine eſt monaſterium Luthprandi.

Deinde *Parma* eſt, auctus Bagan-

Guaſtalla opidum præcipuum, cum caſtro munitiſſimo.

Mox eſt *Brixellum.*

Ad Eganes *Pollentia* ; olim urbs eximia, ad ripas Tanari. nunc pagus eſt exiguus; à quo duobus fere milliaribus paſſuum abeſt.

Forum Trionorum ; nunc *Bertonorium*.

Alba Pompeia, *Aquæ Statellorum*, *Derthona*, *Caſale*, & *Bobium*, in Coctiis Alpibus rejiciuntur.

Ad maritimas Alpes jacet *Sæna*, titulo marchionatus illuſtre municipium. Ex his locis oritur Tanarus.

Vrbium Geſſatarum nulla habetur mentio : verùm quæ nunc ſunt, fere à Romanis & aliis

aliis Italiæ populis conditæ ſunt.

Ferraria; quæ inter urbes Italiæ primarias nunc haberi poteſt.

Adria, bellis protrita fuit. verſus quam eſt

Ravenna, urbs à Theſſalis condita.

Ceſenna, vino optimo nobilis.

Sarſina, Plauti patria.

Forum Cornelij; nunc *Immola* dicitur.

Hinc non longe fuit *Faventia*.

Senonum metrocomia fuit *Senogallia*. hac ætate urbecula eſt. Non procul hinc Metaurus fluvius.

Deinde eſt *Piſaurum*, cum

amne; *Faunum*, *Fortuna colonia*, nunc *marchia Anconitana*; olim *Picenum*.

Pedemontanorum urbes.

A*Vguſta Taurinorum*. hodie *Taurinũ*. *Auguſta Salaſſorum*.
Mons regalis.
Secuſium; nunc *Suſa*.

Lebuorum urbes.

F*Orum Lebuorum*, ſive *Liberiorum*, aut *Lebetiorum*. nunc *Burgum Lavizarium* vocãt. Hinc *Syllevenium*, & *Rhaudium*; nunc *Rhodobium*. *Auguſta prætorum*; in faucibus Grajarum Penninarumque *Hyporrhedia*.

Mox ſunt *Vercellæ*, ad ripas

Sicciæ, quem Plinius Seſitem vocat. Ad ripas Ticini *Vergeminum* eſt, quibuſdam dictum *Viglebanum*.

Hinc ſunt *Caſilinum vetus* & *novum*, Annibalis geminæ columnæ; nunc *Gambalotum*.

Poſtrema Lebetiorum urbs eſt *Lacmellum*, Ptolemæo *Gaumellum*, Antonino *Lavinellum*. Hoc tempore pagus eſt ſatis contractus, nec quidquã oſtentans antiquitatis præter nomen. Per cujus agrum dilabuntur Terduplus & Aconia.

Saliorum urbs præcipua *Novaria*; quæ in ſuburbiis habet fluvios illos duos miræ jucunditatis, Aconiam ab occaſu, & Terduplum ab ortu.

amne; *Faunum*, *Fortuna colonia*, nunc *marchia Anconitana*; olim *Picenum*.

Pedemontanorum urbes.

A*Vguſta Taurinorum.* hodie *Taurinũ. Auguſta Salaſſorum.*
Mons regalis.
Secuſium; nunc *Suſa.*

Lebuorum urbes.

F*Orum Lebuorum*, ſive *Li*
rum, aut *Lebetiorum*
Burgum Lavizarium voc
Syllevenium, & *Rhau*
Rhodobium. *Auguſt*
faucibus Grai
rumo

Sicciæ, quem Plinius Seſitem vocat. Ad ripas Ticini *Vergeminum* eſt, quibuſdam dictum *Viglebanum*.

Hinc ſunt *Caſilinum vetus* & *novum*, Annibalis geminæ columnæ; nunc *Gambalotum*.

Poſtrema Lebetiorum urbs eſt *Lacmellum*, Ptolemæo *Gaumellum*, Antonino *Lavinellum*. Hoc tempore pagus eſt ſat
contractus, nec quidquã oſt
tans antiquitatis præter
men. Per cujus
rum dila
tur Terdu
conta

Salio
pr
Novari
bur

In extremo agri Novarienſis margine *Municipium* eſt.

Ciſalpinæ Galliæ flumina & lacus.

E montibus, quos Salaſſi colunt, duo defluunt *Duriæ*.

Inter Auguſtam Taurinorum & Clavaſiũ *Morgus* eſt; qui nunc *Orchus* appellatur: & fluvius alter, quem *Sturiam* nominant.

Inde eſt *Seſites*; quem *Sicciam* etiam vocant: unde Sicciani populi.

Mox eſt *Aconia* inter Novariam & Seſitem; & inter hanc & Ticinum *Terdupius*.

Ticinum Verbanus lacus emittit, cui, ob latitudinem, majoris cognomen eſt inditum.

In Verbanum ſe duo ſacus exonerant. alter ab occaſu, ex agro Novarienſi, quem *Ortæ lacum* nominant. alter ab oriente, cui *Lucano* ex adjacenti opido nomen eſt. ambo autem piſcoſi admodum. Medio autem *Verbanus* eſt, velut Alpinarum aquarum rex & dominator.

Verbanum ſequitur *Larius*, eâdem longitudine; latitudine autem minor longe. in quem deſcendit *Abduas*, ex Rheticis montibus præcipitatus. Vnde & *Danubius*; qui & *Iſter* appellatur.

In Abduam ex Bergomatum

montibus *Brembus* fluvius irrumpit. Defert etiam ſecum ex eiſdem fere Alpibus *Serrium*, in *Padum*: qui à Græcis *Eridanus* dicitur; nullis Italiæ fluminibus inferior; & in Adriaticum prorumpit ſinum; apud quem Phaëthontem cecidiſſe, in fabulis traditum eſt.

In agro Inſubrum XVII lacus, flumina autem LXIII eſſe, Blondus teſtatur: eorum tamen nomina non recenſet.

Eſt *Eupylis* fluvius, qui *Lambrum* emittit, *Vmbronem* ab aliis dictum. Eſt & *Lambrus* alter, quem Inſubres Meridianum vocant; & *Orona* altera: qui pariter excipiuntur à Lambro quem emittere Eupylim diximus.

mus. In quorum confluenti S. eſt Angelus, opidum elegantiſſimum.

Deinde *Sebunus* eſt lacus, qui nunc *Iſeus* appellatur. hic *Olium* emittit fluvium.

Ex Brixiano agro *Mela, Broccho* & *Morma*.

Ex Tridentinis Alpibus *Sarca* fluvius effluit.

Benacus lacus eſt Veronenſis agri, citrorum copiâ odoratiſſimus. Ex eo *Mincius* egreditur: in cujus ripâ opidum eſt *Governum*.

Atheſis fluvius ex Alpibus derivat.

Mox eſt *Medoacus*, quẽ nunc *Bacchilionem* Veneti nominant. medio hic Vicentiam dividit.

Tima-

Timavus, *Brenna* etiam dictus.

Siſinus, *Muſio*, *Anaxus*; qui nunc *Planus*.

Vayanus; nunc *Calorius*.

Liquentia, ex Opiterginis mõtibus; nunc *Liventia*; in quem influit *Meduna*.

Alſa; nunc *Liminius*.

Hiſce fluminibus univerſa Ciſalpina verſus Alpes irrigatur; quæ ferè omnia in Padum deferuntur. Ex Apennino autem iſta effluunt:

Borbus: cujus ſunt initium *aquæ Statiellorum Ligurum*.

Mox eſt *Tanarus*; quem ajunt torrentium XII illuvione augeri. *Ratum* Plinius appellat, quem alii *Scriniam*. Georgius Merula *Iriam* putat appellari.

Sera-

Seravalle opidum fere alluit penes Vicheriam.

Coronus eſt fluvius *Ratum*, paulo Iovio *Statola* dictum. in cujus oſtio eſt Albianum opidum.

Sequitur *Copa* fluvius; & illum *Tunnus*; à quo alluitur S. Ioannes, agri Placentini opidum.

Illinc rectà itur ad *Trebiam*; *Niciam* à Plinio dici putarim; quã recentiores *Nuram* appellant, apud Fidentiolam.

Illum *Tarus*, *Rarus*, *Arda*, *Ocha*, *Conius*, ſequuntur. Oritur Tarus ex colle Bardonis; in cujus cacumine eſt monaſterium Luthprandi.

Deinde *Parma* eſt, auctus Bagan-

amne; *Faunum*, *Fortuna colonia*, nunc *marchia Anconitana*; olim *Picenum*.

Pedemontanorum urbes.

A*Vguſta Taurinorum*. hodie *Taurinũ*. *Auguſta Salaſſorum*.
Mons regalis.
Secuſium; nunc *Suſa*.

Lebuorum urbes.

F*Orum Lebuorum*, ſive *Liberiorum*, aut *Lebetiorum*. nunc *Burgum Lavizarium* vocãt. Hinc *Syllevenium*, & *Rhaudium*; nunc *Rhodobium*. *Auguſta prætorum*; in faucibus Grajarum Penninarumque *Hyporrhedia*.

Mox ſunt *Vercellæ*, ad ripas

Sicciæ, quem Plinius Seſitem vocat. Ad ripas Ticini *Vergeminum* eſt, quibuſdam dictum *Viglebanum*.

Hinc ſunt *Caſilinum vetus* & *novum*, Annibalis geminæ columnæ; nunc *Gambalotum*.

Poſtrema Lebetiorum urbs eſt *Lacmellum*, Ptolemæo *Gaumellum*, Antonino *Lavinellum*. Hoc tempore pagus eſt ſatis contractus, nec quidquã oſtentans antiquitatis præter nomen. Per cujus agrum dilabuntur Terduplus & Aconia.

Saliorum urbs præcipua *Novaria*; quæ in ſuburbiis habet fluvios illos duos miræ jucunditatis, Aconiam ab occaſu, & Terduplum ab ortu.

In extremo agri Novarienſis margine *Municipium* eſt.

Ciſalpinæ Galliæ flumina & lacus.

E montibus, quos Salaſſi colunt, duo defluunt *Duriæ.*

Inter Auguſtam Taurinorum & Clavaſiũ *Morgus* eſt; qui nunc *Orchus* appellatur: & fluvius alter, quem *Sturiam* nominant.

Inde eſt *Seſites*; quem *Sicciam* etiam vocant. unde Sicciani populi.

Mox eſt *Aconia* inter Novariam & Seſitem; & inter hanc & Ticinum *Terdupſius.*

Tici-

Ticinum Verbanus lacus emittit, cui, ob latitudinem, majoris cognomen eſt inditum.

In Verbanum ſe duo lacus exonerant. alter ab occaſu, ex agro Novarienſi, quem *Ortæ lacum* nominant. alter ab oriente, cui *Lucano* ex adjacenti opido nomen eſt. ambo autem piſcoſi admodum. Medio autem *Verbanus* eſt, velut Alpinarum aquarum rex & dominator.

Verbanum ſequitur *Larius*, eâdem longitudine; latitudine autem minor longe. in quem deſcendit *Abduas*, ex Rheticis montibus præcipitatus. Vnde & *Danubius*; qui & *Iſter* appellatur.

In Abduam ex Bergomatum

montibus *Brembus* fluvius irrumpit. Defert etiam ſecum ex eiſdem fere Alpibus *Serrium*, in *Padum*: qui à Græcis *Eridanus* dicitur; nullis Italiæ fluminibus inferior; & in Adriaticum prorumpit ſinum; apud quem Phaëthontem cecidiſſe, in fabulis traditum eſt.

In agro Inſubrum XVII lacus, flumina autem LXIII eſſe, Blondus teſtatur: eorum tamen nomina non recenſet.

Eſt *Eupylis* fluvius, qui *Lambrum* emittit, *Vmbronem* ab aliis dictum. Eſt & *Lambrus* alter, quem Inſubres Meridianum vocant; & *Orona* altera: qui pariter excipiuntur à Lambro quem emittere Eupylim diximus.

mus. In quorum confluenti S. eſt Angelus, opidum elegantiſſimum.

Deinde *Sebunus* eſt lacus, qui nunc *Iſseus* appellatur. hic *Ollium* emittit fluvium.

Ex Brixiano agro *Mela*, *Broccho* & *Morma*.

Ex Tridentinis Alpibus *Sarca* fluvius effluit.

Benacus lacus eſt Veronenſis agri, citrorum copiâ odoratiſſimus. Ex eo *Mincius* egreditur: in cujus ripâ opidum eſt *Gavernum*.

Athesis fluvius ex Alpibus derivat.

Mox eſt *Medoacus*, quē nunc *Bacchilionem* Veneti nominant: medio hic Vicentiam dividit.

Tima-

Timavus, *Brenna* etiam dictus.

Siſinus, *Muſio*, *Anaxus*; qui nunc *Planus*.

Vayanus; nunc *Calorius*.

Liquentia, ex Opiterginis mõtibus; nunc *Liventia*; in quem influit *Meduna*.

Alſa; nunc *Liminius*.

Hiſce fluminibus univerſa Ciſalpina verſus Alpes irrigatur; quæ fere omnia in Padum deferuntur. Ex Apennino autem iſta effluunt:

Borbus: cujus ſunt initium *aquæ Statiellorum Ligurum*.

Mox eſt *Tanarus*; quem ajunt torrentium XII illuvione augeri. *Ratum* Plinius appellat, quem alii *Scriviam*. Georgius Merula *Iriam* putat appellari.

Sera-

Seravalle opidum fere alluit penes Vicheriam.

Coronus eſt fluvius *Ratum*, paulo Iovio *Statola* dictum. in cujus oſtio eſt Albianum opidum.

Sequitur *Copa* fluvius; & illum *Tunnus*; à quo alluitur S. Ioannes, agri Placentini opidum.

Illinc rectà itur ad *Trebiam*; *Niciam* à Plinio dici putarim; quã recentiores *Nuram* appellant, apud Fidentiolam.

Illum *Tarus*, *Rarus*, *Arda*, *Ocha*, *Conius*, ſequuntur. Oritur Tarus ex colle Bardonis; in cujus cacumine eſt monaſterium Luthprandi.

Deinde *Parma* eſt, auctus Bagan-

gantiano torrente.

Lentiam non procul à Brixello *Padus* excipit, Rhegium verſus.

Cruſtulus fluvius medio ſecat viam Æmiliam.

Paullò ulterius progredienti *Siela*, qui *Salſinium* ingreditur, occurrit.

Huic fere inhæret *Sculterna*, nunc *Panarus*: in quem non procul à Mutinâ *Formigo* ingreditur.

Inter Sculternam & *Samogiam* fuit Forũ Celtarum, ſive Gallorum, nunc Burgus Francus, non longe à Perticeto.

Claterna, vetus opidum ſequitur; nunc Quaderna. Eſt *ejuſdem nominis torrens*, qui poſtmodum

modum ad Caballos dilabitur.

Vicus S. Petri *Silere* alluitur.

Rhenus Bononiã præterfluit; Vatrenus forum Cornelii, nunc Immolam.

Mox ſequitur *Senius*, in cujus ripis Cunium fuerat opidũ. Non longe hinc eſt Tiberiachum opidum; nunc modò Caballi, modò Bagnacavallum.

Inter Forum Livii & Salſubium, nunc Carum, *Montonus* interfluit; è cujus montis regione *Tyberis* oritur.

Proxime huic eſt *Hedeſis*, *Renermatis*, *Avexa*, & *Benanus*, fluvii.

In Apennini colle Britannorum ſive Pompilii Forum, nunc Bretonorium, viſitur.

Ad *Cerviam*, ſalinis celebrẽ,

Sapis defertur; *Ariminus*, nunc *Marida*; *Cruſtumium*, *Concha*, & *Rubicon*.

Montes.

NON procul à *Metauro* fluvio mons eſt *Aſdrubalis*; nunc *Aſdravallis*.

Antiqui montes altos *Alpes* vocaverunt; Græci *Cimenios* montes, quibus Gallia Ciſalpina indui videtur. Ab eodẽ autem loco & *Alpes* & *Apenninus* initium capiunt. Strabo ad Genuam, Liguriæ metropolim, & occidentis emporium frequentiſſimum, Alpium & Apennini exordium rejicit.

Dictæ ſunt autem *Alpes* vel à viciniâ, vel regibus, vel altitudine, vel populis.

A vici-

A viciniâ; ut *maritimæ*; quæ à vadis Sabbatiis ad Mœneci portum, & hinc ad Vari fluminis oſtia longis anfractibus & lunatis cornibus extenduntur. Grajæ à Coctiis ac Seguſio initium capiunt, & in Auguſtã prætoriam protenduntur. In iis eſt Tarantaſia & Octodurum. nunc S. Mauricius, nunc Cineſius, appellantur

A regibus; ut *Coctiæ*. ſunt inter Grajas & maritimas. in quarum exitum verſus Italiam Seguſium eſt; à quo illarum initium eſt.

Ab altitudine; ut *Summæ*; quibus initium à Seſire, & finis ad Verbanum lacum. In iis eſt Siccianorum metrocomia, Va-

ralle, & Ocelle, & Bormonicum.

A populis; ut *Pœninæ*; quæ & *Thuſanæ*. initium capiunt ab Auguſtâ prætoriâ, & finiuntur ad Seſitem. *Lepontiæ*; quæ Summas recto tramite orientẽ verſus ſequuntur. in quibus Rheti, nunc Griſones. quorum metropolis eſt Curia. Hæ Rhenum effundunt, ac juxta accolarum diverſitatem varia adſciſcunt nomina; ut *Montes S. Bernardi*, S. *Gothardi*; quòd in horũ vertice ædes D.D. Bernardo & Gothardo ſacrę conſpiciantur. Iam ſequuntur *Tridentinæ*; ubi eſt Tridentũ: *Iuliæ*; quibus ex Foro Iulii trãſitur in Noricũ. Alpium extremæ ſunt *Carnicæ*.

BRAC-

BRACCATA GALLIA.

Ditiones.

P*Rovincia Romanorum.* Eam autem partem, quæ eſt trans Rhodanum, verſus mare mediterraneum, uſque ad Liguriæ montes, Galli peculiariter hodie vocant *Provinciam*.

Languedocia, pars eſt Provinciæ Galliæ, ſicut Cæſar & antiquitas illam vocarunt.

Delphinatus; porrigitur uſque ad Allobroges, qui nunc Sabaudi; & Taurinos, qui Pedemontani hodie dicuntur.

Sabaudia, cis & ultra Lemanum lacum, id eſt, Loſannæ.

Populi.

P*Rovinciales.*

Tarentaſij, Sedunis finitimi, juxta Alpes Pœninas.

Allobroges.

In Delphinatu, *Blagovii*, *Brannovices*, *Eburoduni.*

In Languedociâ *Toloſatii*, ſive *Toloſates*, *Volcæ*, *Nitiobriges*, *Tectoſagi.*

Narbonenſes.

Ruſcini.

Sallyes. Plinius lib. III inter Ligures tranſalpinos enumerat.

Albienſes.

Alboëci.

Vocontii. quorum regio ad Allobrogas uſque protenditur, per

per profundas Grajarum Alpium valleis.

Civitates nobiliſſimæ.

NArbo, colonia & metrapolis in Languedociâ.

Tholoſa, ſub ipſis pene Pyrenæi jugis. Senatus Tholoſanus.

Maſſilia, à Phocenſibus cōdita. de cujus inſtitutis & moribus priſcis, Cicero in Flaccianâ oratione. Strabo quoque autor eſt, conſueviſſe Romanos mittere liberos ſuos Maſſiliam, ad Græcas diſciplinas diſcendas. Perpenniana.

Carcaſſona.

Valentia.

Biteræ.

Agathopolis, vel *Agatha*;

nunc *Monſpeſſulanus.*

Accuſianorum colonia; nûnc *Gratianopolis*, in Delphinatu Senatus.

Aquæ Sextiæ, Senatus Aquenſis, in Provinciâ.

Arelate, ſive *Arelas.*

Avenio.

Tollonum.

Vienna.

Vertacomatora, pagus præcipuus Vocontiorum.

Nicea.

Gebenna, emporium Allobrogum, in ripâ Lemani: & plures aliæ.

AQVI-

AQVITANIA.

Ditiones.

G Vienna, (quæ ducatus nomen obtinet,) & *Vaſconia*, proprie ad Aquitaniam pertinent, & eo ſolo nomine olim cenſebantur.

Populi à veteribus enumerati.

A*Quitani*; à quibus hujuſce Galliæ partis nomen datum. Vaſcones in Aquitaniam migraverunt; quos Aquitanica opida compluſcula tenere conſtat. In Vaſconiâ ſunt *Tarbellii, Datii, Bigerones, Auſci, Cantabri*.

Pictavi, ſive *Pictones*.

Tar-

Tarviſatii.

Garumni.

Cocoſates.

Cenomani.

Sigubates.

Andes, ſive *Andegavenſes.*

Anxitani.

Vaſſarii.

Fluſſati.

Rutheni.

Lemovici, ſive *Lemovices.*

Arverni. (Celtis à Marliano annumerantur.)

Bituriges. Horum opidum Avaricum; cujus Cęſar lib. VII belli Gallici meminit. nunc Biturigum. Hi mediam Galliæ regionem obtinent, æquali prope ſpatio undique direмpti à finibus. Ducatus nomen obtinent.

nent. Nomina etiam quædam habet recentia; puta: *Claremontenſes*; *Petracorii*; *Vellaunii*, nunc S. *Flori*. (hos inter Celtas Marlianus reponit.) *Tutelenſes*, *Mimotenſes*, *Albienſes*, *Caſtrenſes*, *Amicienſes*, *Vabrenſes*; & plura hujuſmodi, quę brevitatis cauſſâ heic omittuntur.

In Aquitaniâ ſunt metropoles ſuffraganeæ, & præcipuæ civitates:

B*Vrdegala*, præter alias eximie clara, inter Garumnã & Auſcios; Auſonii patria. Burdegalicus ſenatus.

Avaricum, Biturigum civitas; nunc *Bituris*.

Auxi-

Auxitana A.
Turonia A.
Tholoſa Senatus.
Andegavia.
Aginum, nunc *Angoliſma.*
Albaugusta; nunc *Albia.*
Vellaunium; nunc S. *Florus.*
cum reliquis.

Amnes primi & maximi.

LIger, potiſſimus in eâ regione fluvius eſt, qui eam à cæterâ Galliâ diducit. Oritur in Arverniâ; & longiſſime profluens infra Nanetes, in Oceanum exit.

Garumna deſcendit ex Pyrenæis montibus. allabitur Tholoſam, & prope Burdegalam in oceanum exoneratur.

Lale-

Lalerius.
Carus.
Chalentum.
Dordonna.

GALLIA CELTICA.

Provinciæ, Ducatus nomen obtinentes.

FRancia.
Burgundia inferior.
Normandia, ſive *Normannia.*

Britannia minor; ſic appellata propter majorem, nempe Angliam. Eas continet civitates quas Cæſar vocat *Aremoricas.* Totius Galliæ longè maximæ ſunt & opulentiſſimæ Normannia & Britannia.

Borbonia.
Arvernia.

Populi.

IN Franciâ *Pariſienſes*, qui & *Lutetiani.*

In Burgundiâ inferiori *Hedui*, Celtarum clariſſimi, ac Sequanis contermini. *Mandubii*, *Lingones*, *Sequani*. Sequanorum pars ſunt *Verdunenſes*, *Bibractæ* ſive *Belnenſes*, *Divionenſes*, *Matiſconenſes*, *Cabillonenſes*.

In Normanniâ *Neuſtri*, *Ambilates*, *Bellocaſſi*, *Lexovii*, *Eburonices*; *Aulerci*, qui & *Aurelienſes* ſive *Aureliani*.

In Britanniâ *Oſiſſimi*, *Diablintres*, *Curioſolitę*, *Rhedones*, *Nanetes*, *Cadetes*; *Veneti*, littora Oceani Gallici incolentes: *Boji*, nunc *Borbonii*; *Arverni*, *Senones*; *Ambari*, ſeu

ri, ſeu *Niverni*; *Carnutes*, *Britones*, *Veromandui*, *Lugduni*: pluresque alii ad Rhodanum, Ararim, Sequanam, Ligerim, Matronam flumina ſiti; quos longum eſſet enumerare.

Civitates metropolitanæ, ſuffraganeæ, & claræ.

A*Vguſtodunum*, Heduorum urbs opulentiſſima.

Lugdunum; colonia, emporio in omni Galliâ celeberrimo; ubi Ararim amnem incredibili lenitate fluentem Rhodanus in ſe recipit. de quo Roſſelletus ſic:

Vrbibus inſcribunt domini ſua nomina reges;
Vrbi ſic Lugdus nomina prima dedit.

Lutetia Pariſiorum, frequens & populoſa; Academiâ & gymnaſiis celebris: tum Senatu, ampliſſimam in Galliis juriſdictionem habente.

Agendicum; nunc *Senonis*.
Ebredunum.
Rothomagus. Senatus.
Alexia; nunc *Alſetum*. in Burgundiâ.
Divio. ubi Senatus.
Cabillonum.
Matiſcon. & aliæ.

Amnes

Amnes primi & maximi Celticæ Galliæ.

Matrona; ortum habet ex Lingonibus; labitur per Campaniam, & duobus ſupra Lutetiam milliaribus in *Sequanam* influit. Ambo Celticam provinciam à Belgicâ diducunt.

Ligeris.

Iona, *Albis* & *Oſia*, ſed priùs aucta flumine *Axona*, commiſcentur Sequanæ.

Elaver, ex Arvernis proſluẽs, in Ligerim deſinit.

Viana.

Oba.

Sorda.

Druentia.

Rho,ſupra Sedunos emanans, per *lacum Lemanū* in Allobrogibus tanto impetu devectus ut multo ſpatio ſupernatet, paullò infrà *Dano* jungitur. hinc fit *Rhodanus*. qui ubi prȩteriit Lugdunum, ad meridiē converſus, incredibili rapacitate infra Arelate duobus oſtiis in Mare Mediterraneum ſeſe ejicit, *Iſarâ* tamen & *Druentiâ* priùs receptis.

GALLIA BELGICA.

Ditiones.

N*Vithlandia*, in Aventico tractu, Burgundiæ pars fuit.

Vallis Pœnina, hodie *Valeſia*, juxta

juxta Alpes Pœninas; cujus caput *Sedunum*.

Vantua.

Helvetia; hodie *Suiceria*. Qui hodie hanc regionem tenent, *Alemanni* ſunt. Helvetii enim gens Gallica fuit; quæ interiiſſe putatur. *Burgundia*.

Elſatia, ab *Alsâ* fluvio, qui eam mediam interfluit; nunc *Ila* quoque dictus.

Lotharingia.

Lucemburgum.

Silva Arduenna univerſa, cum ſingulis ſibi adjacentibus, & eâ incluſis populis ac locis. Hodie dicitur *Ardenna*, apud Namurcum; ac magna pars eſt Diœceceſeos Leodienſis, & pars Ducatûs Luxemburgenſis ac Iulia-

cenſis, uſque Coloniam. Totius Galliæ maxima fuit ſilva. hodie *Eyſlia* dicitur.

Iulia.

Gueldria, ſive *ſuperior Batavia.*

Hollandia, ſive *inferior Batavia;* *Trajectenſis* etiam dicta.

Friſia.

Brabantia.

Zelandia.

Weſtria, ſeu *Weſtricha;* imperitis *Neuſtria* dicta.

Flandria.

Hannonia; ſub quâ bona pars Galliæ Belgicæ comprehenditur.

Picardia.

Campania.

Populi

Populi.

N*Vithones, Vantuates*: *Helvetii*, nunc *Suiceri*: *Burgundi*; olim *Sequani*. Hi omnes, Vandalorum natio, à pleriſque inter Belgas rejiciuntur: ſed à Cæſare Celtis annumerantur.

Seduni, incolæ vallis Pœninæ juxta *Veragros*; quorum oppidum eſt *Sedunum*, Epiſcopi ſedes.

In Burgundia ſuperiori ſunt: *Sequani*. *Biſuntini*. *Cepineſes*. *Vallupenſes*. *Pemeſes*. *Reamoneſes*. *Maillotenſes*. *Vaudani*. *Angelionet*. *Montani*. *Vſienſes*. *Migienſes*; nũc *Nozerethenſes*, XXXVI pagos habentes. *Chaudelienſes*. *Sirodani*, IX pagos habentes, præter Burgum oppidum,

dum, & arces duas Caſtelvillarum. *Secuſiani. Mortuenſes.*

Iuraſſi, communi appellatione, ab adjacente Iura monte dicuntur hi populi: *Alemani*, Helvetiis finitimi, inter Mortuenſes & Chaudelienſes & Vſienſes ſiti; qui ſoli inter Burgundos à Germanis ortos id nomẽ retinent. *Motenſes. Fonſeni. Granvellenſes*, multarum villarum. & plures alii.

Rheni accolæ ad ripam ſiniſtrã & Gallicam, ex tranſrhenanis Germanis oriundi; nunc *ciſrhenani* dicti. qui ſunt: *Rauraci*; nunc *Baſileenſes. Triboci*; eam tenebant terram, quæ nunc Alſatia dicitur, ad Sequanos uſque. *Vangiones*; nunc *Wormatienſes*; quo-

quorum caput Borbetomagus. *Nemetes*, nunc *Spirenſes*. *Maguntiaci*, olim *Franci*. *Tullenſes*, ſive *Tullingi*, à Tullo civitate. *Mediomatrices*, Diœceſim Metenſem occupant; & magna ex parte *Weſterrichi* appellantur. *Treviri*, Belgarum clariſſimi. Pomp. lib. II.

Confluentis Rheni & Moſæ populi.

Ripuarii; tribus fluviorum ripis clauduntur, Rheni, Moſellæ, atque Moſæ. unde etiam illis nomen. Hoc nomine comprehendũtur *Nauſtrii*, & *Auſtraſii*, *Weſterrichi*, *Gugerni*.

Vbii;

Vbii; nunc *Colonienſes*,ſive *Agrippinenſes*.

Menapii; nũnc *Iuliacenſes*.

Eburones;nunc *Leodienſes*,Menapiis finitimi.

Sicambri ; hodie eſſe credunduntur *Guelrenſes*,*Montẽſes*,*Friſii*.

Batavi; qui nunc *Guelrenſes*, & *Hollandi*. Hollandi autem, pars Catthorum,quæ per ſeditionẽ in inſulam Rheni ceſſit.

Tungri, juxta Moſam , inter *Morinos* & *Menapios* ; olim ultra *Rhenum*.

Bellicaſſii.

Nervii ; nunc *Tornacenſes* , à Tornaco civitate.

Belgii,vel *Belgæ*.

Leuci,in Lotharingia.

Codruſii, ſeu *Namurci*.

Segni,

Segni, Comitatui Namurcenſi proximi.

Atrebates.

Aduatici; nunc *Boſleduci.*

Brabanti.

Flandri; olim *Pleumoſii.*

Verocaſſes; nunc *Caſletenſes*, in Comitatu Flandriæ.

Picardi. ſub his *Ambiani*, *Sueſſiones*, *Bellovaci*, *Veromandui*, *Morini.*

Campani; & ſub iis *Remi*, *Catalauni*, *Trecenſes*.

Belgicæ metropoles, ſuffraganeæ, & præcipuæ civitates.

V*Eſontio*, urbs Sequanorum maxima.

Rauricorum Auguſta vetus; inſignis olim urbs, jā exiguus vicus: juxta quā cōdita eſt Baſilia, ubi eſt celeberrimum ingenuarum artium gymnaſiū, & ſincera ac munda chalcographia. Hanc mediam interlabitur Rhenus, & bina ſeparat oppida. Natale ſolū D. Bonifacii Amerbachii; qui cùm omnibus veluti unum & pulcherrimum in domiciliū congreſſis virtutibus, excellit; tū gratiâ apud Reges & Principes, immo verò omnes apud mortales, maximè præſtat; de univerſo hominum genere optime meritus.

Tullum in Lotharingiâ.

Mediomatricum; hodie *Metæ*.

Neme-

Nemetum, ſive *Neomagus*; nunc *Spira*.

Borbetomagus; nunc *Wormatia*, Vangionum caput.

Elcebus, ſive *Helvetum*; nunc *Seleſtadium*. Beati Rhenani noſtri natalis locus, in Elſatia.

Argentoratum, ampliſſima ac potentiſſima Tribocorum civitas clara excuſoriâ arte; cujus inventores faciunt Ioannem Gutemberg, & Ioannem Mantel. Vnde tractus Argentoratenſis, Alſatia.

Maguntiacum Rheni, Francorum metropolis; omnibus ſeculis memorabili invento chalcographiæ urbs celebris. circa annum Chriſtianum cIↄ cccc xL, Friderico III Imperatore,

reperta eſt, ab viro Ioanne Fauſt, Germano.

Colonia Agrippina, ab Agrippina illa Claudii Cæſaris conjuge appellata; Vbiorum & Germaniæ ſecundæ caput, literarum gymnaſium celebre.

Auguſta Trevirorum, vetus Principum Romanorum ſedes. nunc *Trier*.

Viredunum, Trevirenſis Provinciæ, in Ducatu Barrenſi.

Bonna vetus; ex cujus oppoſito *Geſonia* eſt.

Leodium, oppidum Nerviorum, Ptolemæo fortaſſe Baſacum dictum.

Remis, urbs prępotens; in quâ Galliarum Reges inaugurantur.

Aters, civitas Epiſcopalis; ab Atrebatibus.

Belgium, ſive *Bavacum*.

Nancium, fato Caroli Ducis Burgundiæ inſignis civitas.

Aquiſgranum.

Confluentes, oppidum, ubi Moſella Rheno miſcetur.

Trajectum ad Moſam.

Vltrajectum infernæ Bataviæ, id eſt, Hollandiæ. Epiſcopalis civitas.

Namurcum.

Catalaunum, civitas Epiſcopalis in Campania. unde Catalauni Campani.

Burgundiæ ſuperioris civitates non obſcuræ.

NOzerethum; clarum admodum hodie & loci naturâ & ſplendore ædificiorum, tum verò civilitate, atque Aurengiorum Principum ſede. Id porro eſt ſtudiis omnium illuſtrium artium non ignobile.

Salinæ.
Arboſium.
Polichnium.
Lonſalium.
Pontarlum.
Orgelium.

Dola, Iuriſprudentiæ gymnaſium; quod univerſatem vulgò appel-

appellant. atque inibi Senatus, quem Parlemantum vocant, ampliſſimam juriſdictionem habet.

Greum.
Gium.
Veſulium.

Helvetiæ civitates.

A*Venticum*; hodie *Wivelſpurgum*. *Friburgum*

Berna, in Nuithlandia & Aventico tractu.

Solodurum, ad Arulam amnem antiquiſſimum oppidum.

Vindoniſſa, ad amnem Ruzam, ubi Arulam recipit.

Lucerna, duodecim pagorum unus.

Schefhuſium, à caſis navicula-torum dicta, in ripâ Rheni, ſupra cataractas; amœnum, ſed non admodum vetus oppidum.

Tigurum; cujus pagus hodie *Vri* dicitur; & primus eſt Helvetiorum.

Vitudurum.

Zurtzachum.

Lauffemburgum.

Arbor felix ad lacum Acronium, quæ Arbona dicitur.

Sangallum, elegans cumprimis oppidum, Tauriaci tractûs: linificio nobile.

Caſtellum aquarum; nunc *Baden in Ergoviâ*.

Tugium, oppidum cum lacu, medio fere itinere inter Lucernam & Tigurum.

Hollandiæ

Hollandiæ civitates.

TRajectum, Epiſcopalis civitas; quæ ad diſcrimen alterius Trajecti, ſupernè ad Moſam ſiti, *Vltrajectum* cognominatur.

Dordracum, portus Batavorum.

Herlemum.
Schonhovium.
Leyda.
Delfum.
Gauda.
Haga.
Vorda.
Amſterdamum.
Schedamum.
Lerdamum.

Rote-

Roterodamum, eximii illius viri Deſiderii Eraſmi, patria.

Batavodurum; nunc *Duverſtadium*; ubi pars Rheni Lecca dici incipit.

Brabantiæ civitates.

L*ovanium*; ubi celeberrimũ gymnaſium, in quovis diſciplinarum genere peritiſſimos conſummatiſſimoſque viros habens.

Bruxella.

Mechlinia. Senatus omniũ latiſſimè patens, ac ampliſſimam juriſdictionem habens.

Antverpia.

Buſcumducis.

Flan-

Flandriæ civitates.

G*Andavum*; Emporium Morinorum; olim *Geſſociatum navale*.

B*rugæ*.

Tornacum, oppidum Nerviorum.

Geſſoriacum, vel *Iccius portus*; nunc *Caletum*.

Sunt & plures aliæ Belgicæ celebres civitates.

Amnes Belgicæ Galliæ primi & maximi, hoc eſt, navigabiles & piſcoſi.

FLumina ſuperiorem Burgundiam irrigantia:

Sequana

Sequana ; Belgas à Celtis dividens. ad quam qui ſiti ſunt, Sequani dicuntur. Interlabitur Lutetiam, alluit Rhotomagum; deinde volvitur in Oceanum.

Arar ; lentus ſcatet ex diverſa parte Vogeſi montis ; & paſlapſus per Burgundiam , paſſibus aliquot infra Lugdunum Rhodano miſcetur, vocaturque *Sagona*.

Dubis ; quem Cæſar Alduaſdalim vocat ; nunc *Dubius* dictus. ab oriente duobus milliaribus ſupra Nozerethum , ex monte Iurâ ortus, prope Virodunos Arari ſe conjungit.

Sena , rapidus fluvius ; à meridie duobus paſſuum milliari-

liaribus ſupra Nozeretum è monte Iurâ oritur.

Serpentinus; ab oriente ex Combà veteri, non longe à Nozeretho, ſcatet.

Danus; paullò infra Nozerethum, meridiem verſus emergit; in quem Sena, Serpentinus & Angelio influunt.

Angelio; etiam paullò infra Nozerethum ad occidentem ex Nanciorum valle erumpit.

Furioſa, citatus amnis; ex Salinarum rupibus in Lupam influit.

Lupa porro Dubio miſcetur.

Cæpina, per ſuperiorem Burgundiæ Diœceſim allabitur;

cujus ripas accolentes dicuntur Cæpinenſes.

Cella; ex Balmæ rupibus fluit.

Riva: lacum conficit, juxta oppidum ab eo denominatum.

Lacus Burgundiæ ſuperioris: *Bonvallis*, *Granvallis*, *rubrarum troctarum*, *boni loci*, *Maregnus*.

Reliqua flumina ſunt: *Domia*; in Oceanum influit.

Iſara & *Lyſa*, duo rapidiſſima flumina, ex Alpibus procurrentia, confluunt.

Scaldis prope Veromanduos oritur, perq; Nervios & Flandros decurrit, atque milliaribus aliquot infra Antverpiam in oceanum illabitur.

Moſ-

Moſſella ex Voſego monte, qui eſt in finibus Lingonum, Trevirorum regionem perlabitur, & ad Confluentes opidum in Rhenum deſcendit. Amnis eſt vitifer, Ptolemæo *Obrinca* dictus.

Quatuor magna & navigabilia flumina ſuperiorem Bataviæ regionem, hoc eſt, Guelriam, perlabuntur.

Moſa ſcilicet, Gallicæ Belgicæ amnis; & tria Rheni oſtia. *Vahalis*; qui *Helvis*, *Vacalo*, *Walis*, ac *Balus* alias dicitur. hic Batavorum inſulam ex parte meridiana præterfluit. *Lecca*, ſeu *Lycus*; qui *veteris Rheni* appellationem ſervat. *Iſſula*, alias *Flevus* quoqne dictus; latiſſimus

atque ditiſſimus.

Ellus per Tribocos & urbem Argentoratum in Rhenum defluit.

Inferiorem Bataviam, id eſt, Hollandiam, amnes perfluunt, præter Rheni, quæ dicimus, oſtia: *Linga*, *Rotera*, *Amera*, *Gouda*, *Schia*, *Merna*, & *Barot*.

Rhenus, inſignis amnis, Galliæ Germaniæque diſcriminator, oritur ex Rheticis Alpibus; & longo curſu, per fines Nantuatium, Helvetiorum, Sequanorum, Mediomatricum, Tribocorum, Trevirorum, citatus fertur: ſed ubi Oceano appropinquavit, in plures diffluit partes, multis ingentibus inſulis effectis.

Flumi-

Flumina Helvetiam irrigantia:

Rhenus.

Arula Bernenſis; à quo tractus vicinus Argoviæ nomen accepit. Bernam & Solodurum præterfluens, Rheno miſcetur.

Taurus, ſeu *Turus*; à quo Turgavia.

Ruza.

Lacus: *Tigurinus*, *Limagus*, vel *Limacha*.

Acronius.

Venetus.

Lucernanus.

Veſevius.

Avellanus.

Montes.

Iura, vel *Iuraſſus*, & *Vocetius*, pars Iuraſſi; inter Helvetios & Rauracos.

Vogeſus, (penult. corr.,) vel *Vogaſus*, Lotharingiæ.

EPILOGUS.

TEnet hodie Gallorum rex omnem Aquitaniam & Celticam, præter Helvetios & Comitatum Burgundiæ; quos Gallorum ſive Celtarum nomine Cæſar comprehendit. Belgicæ verò partem à Sequanâ & Matronâ poſſidet, uſque ad Atrebates & Pleumoſios, ſive

ſive Flandros & Nervios, & ad Moſam flumen. Tenet præter Ruſſinonenſem agrum, Narbonenſem omnem provinciam, & quidquid eſt trans Rhodanum, uſque ad Allobroges & Taurinos; quorum tamen maximam partem Franciſcus primus occupavit.

FINIS.

IVSTI LIPSII V. C.

DE

Ratione cum fructu peregrinandi, & præſertim in ITALIA.

EPIST.

EPISTOLA

AD

PH. LANOYVM.

IN ITALIAM cogitare te audio, Nobiliſ. Iuvenũ: & audio volens. Placet ea mens, quam agnatam ſcio non niſi optimæ cuique menti. Humiles iſtæ & plebeiæ animæ, domi reſident & affixæ ſunt ſuæ terræ: illa divinior eſt quæ cœlum imitatur, & gaudet motu. Itaque ſive priſco ſive noſtro ævo, peregrinati ferè ſunt viri magni. Sed iſta hic cautio: ut id fiat non cum voluptate ſolùm,

lùm, ſed cum fructu. Vagari, luſtrare, diſcurrere quivis poteſt: pauci indagare, diſcere; id eſt, verè peregrinari. Vt tu id poſſis, finem verũ fructumque ante omnia tibi propone, quem is petitum. Vt enim ii qui jaculum mittunt, non in vanum dirigunt, ſed ſcopum præſpeculantur ad quem colliment: ſic tu præfini, quid peregrinatione iſtac quæras. Duo, niſi fallor: utilitatem & voluptatem. Non enim hanc ſolùm. nec ut coronarii belliſſimas ſaltem herbas floreſque ſtruppis & coronis innectunt, ſalubrium nullâ curâ: ita hic tu. Quin contra potius plura ad mentem ac ſalutem referes,

quam

quam ad ſenſus aut adſpectum? Ac de voluptate aliquid dicere vacuum ſit. cum ea ſponte obvia: nec quiſquam tam lapis aut frutex, quem non titillet ac flectat amœna illa variaq; aſpectio gentium, urbium, locorum. Natura ſcilicet illuc aurigatur, nec duce opus ulla inſtructione. At in utilitate laborandum eſt. quam nec ſecuti omnes; nec qui ſecuti, adſecuti. Eam tibi ingero, & triplici hoc limite deſigno, Prudentiæ, Scientiæ, Morum. Hæc enim omnia peregrinatio adferre debet; ſi conſilio, ſi ritè inſtituta. Ac Prudentiam ab ea peti, Homerus nobis ſatis auctor; ille non Poëtarum ſo-

lum eximius, ſed me judice ſapientum. qui cautæ illi Vlyſſææ prudentiæ nunquam aliam cauſam ubique tribuit, quam quod πολύτροπος: quodque, ut ipſe ait,

Πολλῶν ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα καὶ νόον ἔγνω· Et verè. Inſtituta enim illa varia gentium, ritus moreſque hominum, formæ civitatium, incredibile eſt ad judicium & prudentiam quam potenter poſſint. Si tamen non viſa aut libata ea leviter; ſed admiſſa, retenta & collata inter ſe examines quadam lance. quod ante omnia tibi cenſeo faciundum. Vide inquam, audi, judica. nec conquire ſolum hæc talia, ſed in ea inquire. Et in-

quiſitio quidem à te & tua mē-
te erit: conquiſitio, ab homi-
nibus eſſe debebit, aut à libris.
Nam & libri ferè ſive Hiſtoriæ
peculiares ſuis quibuſque locis
& linguis ſunt, quas indagabis:
& homines ævo & uſu prove-
cti non deerunt, à quibus per-
contando diſcas. Etſi enim mo-
deſtiam & ſilentium jure tibi
ſuadeam: tamen nihil abnuo,
quin per iter fræna ſæpe laxes
effræni illi membro. Ius tibi
ſermonis non in via ſolùm (ſi
qui ejuſmodi comites) ſed in
hoſpitio ſit: nec ante menſam
modò, ſed in ea, & poſt eam.
Sed ſermonis jus intra hos fi-
nes, quærendi de moribus, legi-
bus, facie cujuſque urbis. addo
& de

& de Principibus, bellis, caſibus, aut ſi quid eventuum magis inſigne. Hæc notabis, hæc ſepones. certus ex ijs civilem illam prudentiam inſeri, tacita quadam vi & viâ. Vt enim herbas, ut arbores creſcere non cernimus, ſed creviſſe: ſic factam hanc prudentiam potius quam fieri. Atque incrementum & irrigatio illi, ab his inquiſitorij, ut ſic dicam, humoris guttis: quas altè perbibit melior animus, & paullatim madeſcit ſapientis judicij ſucco. Atque hæc de Prudentia dixerimus verbis parcè, rebus ampliter, ſi rebus experiris. Ad ſcientiam te nunc eadem manu duco. Quam mirere for-

taſſe quod peregre quæram: cum domi illi ſedes potius; & hæc litterarum ſtudia quiete ſecretoque magis gaudeant, quã motu aut diſcurſu. Sed deſines hujus admirationis, ſi animum flectes ad duplicem, qui ad ſcientiam, modum. Aut enim ab Auribus ea, aut ab Oculis eſt: à Doctore dico, aut à Libris. Et de libris quidem nemo it negatum quin domi habeantur tractenturque melius: in doctoribus aliter eſſe ratio ſuadet mecum. Quæ enim illa, obſecro, tam felix regio, quæ feliciſſima omnia ingenia includat? Quin ſparſa illa: & Deo diſpenſante, ſua cuique terræ velut gemmula quæ illuſtret.

Hanc

Hanc adi, hanc audi : & è ſacris illis pectoribus hianti ore bibe abditæ doctrinæ fontes. Quis non à Turnebo aliquo doctior redeat? prudentior à Sigonio? diſertior à Mureto? quorum ego non auditum ſolùm magno emerim ſed viſum. Quod ſi notitia etiam aliqua tibi cum ijs accedet (& id pronum apud tam humanos :) deus bone, quæ occaſio hic tibi diſcendi & diteſcendi? quot gazas legere & recondere cottidie poteris latentium litterarum? Mecum vides. tu arripe tantum : & me auctore in uſum ejuſmodi virorum omni arte irrepe; vi irrumpe. Nuſquam meliore damno frons ponitur. Hæc Platonis,

hæc Pythagoræ, Democriti & aliorum ſapientum mens fuit: qui relicta penu artium Græcia, non ad cultos ſolum, ſed ad barbaros peregrinati acri quadam cupidine diſcendi. Iam & alia ab Oculis utilitas: qui hic tibi ſoli & nudi ad Scientiam ſæpe duces. Italiam ecce nunc adis. illam frugibus, viris, opidis cultam, illam fama inclutam ſcriptiſque. In ea non veſtigium uſquam pones, non oculum flectes; quin monumentum aliquod premas aut memoriã uſurpes, ritus ſive hiſtoriæ priſcæ. Illic Thraſimenum miſerantibus oculis ſubjicies, aut æternum imperij vulnus Cannas: hic magis lætis, Albanum,

banum, aut Tybur, aut nobiles Baïas. Plinij alibi manſio, & Virgilij aut Propertij patria tibi oſtendetur; alibi rudera Varronianę aut Tullianæ villæ. Quanti & quæ arcani gaudij iſta viſio? cum non animo ſolùm, ſed pænè oculis ſeſe inferunt manes illi magni, & ſola premimus preſſa toties ipſis. Iam Coloniæ illæ veteres, jam Templa, Theatra, Arcus, ſepulcra, lapides, quem non & doceant mirificè & delectent? Doceant dico; quia revera notata aut exſcripta hæc talia, mirum quanta luce mentem perfundant trepidantem per veterum ſcripta: idque experti dicimus ipſi. Vt omittã etiam

illud commodum. quod neſcio quomodo attollatur & grandior ſeſe fiat animus, adſpectu tot ſublimium & grandium rerum. Cupidinem veræ virtutis & gloriæ ingenerat, viſa toties aliena gloria & virtus. Ad Mores jam venio. qui poſtremus mihi locus; tibi ſi quid ſapis ô adoleſcens, primus. Ab hoc enim ſcopo ſi aberraſti, aberraſti ab alijs: & inutilis, imo noxia ſcientia omnis prudentiaque eſt, ſecreta à probitate morum. Cetera ſpecioſa puta, hanc neceſſariam: illa ad ornatum adhibe; hanc ad ſalutem. In moribus autem duplex mihi præceptio: & ut bonos rectoſque ubique adnotes & fugias malos

los & detortos. Sed in bonis, ne mentiar, haud magna fortaſſe peregre copia eſt. Latent enim plerumque verè probi: & in pectore intimo domicilium virtus habet, non in vultu aut fronte. atque inde ut extrahatur, uſu opus & notitia quadam propiore: ad quam peregrinantibus raró acceſſus. Tamen elegantia quædã morum & comitas & externa quædam, ut ſic dixerim, virtus, quin apud exteros jure quæratur, non negabis. Quid in cultu, veſtitu, actionibus deceat; quæ Veneres & lepôres in ſermone aut geſtu; docere te ritè politiores illæ gentes poſſint, Itali, Galli, Hiſpani. atque ita rus illud

noſtrum

noſtrum aptè ſæpe diluas quæſitâ iſtâ urbanitate & peregrinâ. Sed quæſitâ, non adfectatâ; uſurpatâ modicè, non oſtentatâ: alioqui nihil comptu eo incomptius, elegantiâ ineptius. Riſimus non ſemel ejuſmodi hiſtriones, qui ab Italia aut Gallia novi, geſtus neſcio quos mimicos moleſtè uſurpabant, & delicias parum non dicam civiles, ſed viriles. Tu hæc fuge. & inprimis vera & interna animorum vitia, quorum ubique larga & obvia ſeges. è qua ne quas ſpicas improvidè colligas, magna mihi pro te cura, imo metus. Admittimus enim neſcio quomodo & combibimus facile

pere-

peregrinas illas culpas ; ſive quia novitate aliqua blandiuntur, ſive quia ſpecie virtutum. Atque ut venena vinis admixta medicorum ſcito perniciter & perniciosè penetrant: ſic peccata hæc adſita virtuti: Ferè enim ita fit ut qua gente vitia certa increvere, mores jam vocentur; nec veniam modo inveniant , ſed laudem. Adde quod natura ipſa proniores nos ad mala imitanda. Vt pictor levi manu & volante penicillo, rugas, verrucas, nævos in facie exprimit, haud tam facile ipſam: ſic probitatem laboriosè imitamur, nullo negotio maculas illas animorum. Advigila hic igitur. & jam ante

ſerio provide quæ vitia cognata aut amica cuique genti. Quis enim neget ?* ut hominibus ſingulis ſic populis ſuæ laudes, ſuæ labes. Galliam ecce cogitas ? levitatem & vanitatem etiam, quæ in pleràque eâ (omni, falſo dicam) gente. Italiam? proterviam in ea & libidinem: Hiſpanias ? typhum quendam & Africanum faſtum. Germaniam ? comeſſationes & ebrietatem. Quæ velant illi, ſcio; & comitatem, fiduciam, gravitatem, hilaritatem interpretantur falsò. at tu vitabis, nec in venas rapies perverſi judicij aurâ blandientem peſtem. De moribus tantum eſt. & pertexui hanc telam: niſi quod leve parergum

rergum illi addam de Italia ipſa. Laxat enim neſcio quomodo vela huic ſtilo, provehitque longius amor & cura tui. In terram is igitur terrâ iſtâ meliorem, fateor; gentem gente nobiliorem: haud ſcio an probam magis, an fidam. Ingenium & ſubtilitas & magni erectique animi in illis locis habitant: non ſemper puri, ſimplices, & ad Gallicam iſtam nivem. Ideoque incautis & apertis nobis nonnullum ibi periculum; & quidem à duplici telo. † Nam & inter viros multi tecti, callidi, periti ſimulare: & inter fœminas, formæ conſpicuæ, ſed laſcivæ & procaces.

† *Adde cent. 2. ep. 43. ad Poll.*

Hic Scylla, ibi Charybdis : & duo hæc diſcrimina ut enavi-ges, opus non prudentia qua-dam ſolum, ſed dicam fortu-na. Prius tamen illud me an-git minus. quod amoliri mag-nam partem poſſe videor ca-ventibus quibuſdam præcep-tis. Nam contra inſidiantes il-los aut ſimulantes quidni fir-mum ſcutum à ſimulatione itẽ aliqua ſit? Cres mihi eſto inter Cretas. Nec viam tibi tamen ad fraudes præeo. abſit. Sed ut medici, venena quædam ve-nenis pello, in ſalutem tuam, nõ in noxam. Ad minutas & in-nocentes quaſdam ſimulatiun-culas te voco : nec ad alienas inſidias, ſed ad animi tui op-

portu-

portuna tegumenta. In Italiâ totâ tria hæc mihi ſerva. Frons tibi aperta, lingua parca, mens clauſa. Comis & communis vultus adverſus omnes ſit, animus externo nulli pateat: & velut in theca clauſum eum habeas, dum redeas ad notos animos & verè amicos. Epicharmææ ſapientiæ ille nervus hic valeat, Nulli fidere. Niſi facis: non unus Vlyſſes Ajacem te circumveniet; & dolorem nobis debes, illis riſum. Atque hæc tamen cautio mea proprie in vulgus Italorum dirigitur. Nam de nobilibus cur diffitear? revera optimates illi plerumque optimi: celſi, alti, ſinceri; virtutis, gloriæ, littera-

rum amantes. In vulgo aliter esse obſervavimus, qui fex & limus & verè vulgus. Itaque in illis vetus Italicus aut Romanus ſanguis ferè apparet: in iſtis, peream, niſi claræ reliquię (fidenter dicam) Gothorum, Vandalorum. Iam contra telum alterum quî muniam te aut moneam? Ita ſim ſalvus, ut opto potius quam ſpero te hic plane ſalvum. Tantum mihi metus & ætas tua facit, quæ in ipſo æſtu: & illæ non dicam fæminæ, ſed Veneres, Venetę aut Romanæ. In naturâ tantum tuâ ſpes omnis præſidij hic, & voluntate. Quarum ſi alterutra ad calidas & callidas iſtas ſolis filias inclinat: quis hominum

te

te ſervet? certè rues: nec ullo præceptorum ſufflamine te ſiſtam. Tamen ne nihil dicam aut addam: ecce armaturam à me duplicem, Oculis Auribuſque. Oculos, inquam, primum mihi claude, & averte longè ab illecebroſo hoc adſpectu. aditus enim mali morbi hinc eſt. nec amor aut cupido facile irruperit per geminas has feneſtras. Sed & aures etiam muni, contra omnes non Venereos ſolum, ſed paulo magis venuſtos ſermones. Ij ſunt enim qui titillant, qui excitant: ut cupere ab adſpectu eſt, ſic velle ab auditu. Igitur ut athletis olim, munimenta quædam aurium adponi mos (*ἀμφωτίδας*

vocabant) ad vitandos ictus: ſic tu hoc firmum contra amatoria vulnera habe velamẽtum, Amatorium nil audire. De hominibus dixi; quæſo ne cum invidia cujuſquam aut ira: quia liberè aliquid protulerim fortaſſe, nihil acerbè aut malignè adjungam & aliquid de Locis. Qui varij in Italiâ omni & pulchri: ut non injuria deliberes, quem præferas ad videndum, ſive habitandum. Et meo quidem ſenſu (vidimus enim pleroſque omnes & trivimus) prima tibi vel antiquitatis cauſâ, imo cultus, adeunda Roma eſt: adeunda tamen, non habitanda. Confuſio enim ibi & σύγχυσις, aëris & morum haud

pura

pura puritas : & quod veriſſimè à Varrone dictum, turba turbulẽta. Loca igitur illa priſca & vetera monumenta ac rudera, --- & campos ubi Troja fuit, cum luſtratus ſatis & veneratus fueris: *Neapolim* mihi abi, & pauliſper inſide illam nobilem, illã cultam, illam amœnam. Per quam viam deliciæ locorum multæ, quas omitto. Sed ſi inhabitãda diutius Italia eſt ; in Thuſcos mihi redi, & illos incole, linguæ, aëris,* morum cauſa. Omnia hæc ibi pura. Quod ſi de opido etiã quæris : *Florentia* mihi aut *Senæ* placeat : & magis iſtæ. At jam in abitu & reverſione, *Bononiam*,

* *De externis cape.*

amicam ſtudiis, libens videbis. eâdem laude inſigne *Patavium.* quibus cum dies aliquot dederis, non pigebit in urbe maris domina (*Venetias* dico) luſtranda ponere ſeptimanas. Heu ad invidiam pulchra, opulens, felix urbs! minus tamen ad noſtrum Genium, quia Mercurio amicior, quam Minervæ. At in exitu grande illud & diffuſum *Mediolanum* te capiet. in qua fine Italiæ finis mihi epiſtolæ. Deum ſupplex precor ut te ſervet, & tu iſta. Vale.

FINIS.

Index deſcriptionis
GALLIÆ.

GALLIÆ *fines, natio nomen & ambitus.* pag. 30
GALLIA *triplex.* 37
Tranſalpina. 39
Ciſalpina. 41
GALLIÆ *Citerioris populi.* 42
Longobardorum *urbes.* 44
Venetorum *civitates.* 47
Pedemontanorum *urbes.* 52
Lebuorum *urbes.* 52
GALLIÆ *Ciſalpinæ flumina.* 54
Ejuſdem *montes.* 62
GALLIÆ Braccatæ *ditiones.* 65
ejuſdem populi. 66
---civitates præcipuæ. 67
Aquitaniæ *ditiones.* 69
Populi. 69
Præcipuæ civitates. 71
Amnes primi. 72
GALLIÆ Celticæ *Provinciæ.* 73
Ejuſdem populi. 74
Civitates claræ. 75
Amnes primi. 77
GALLIÆ Belgicæ *ditiones.* 78

Ejuſ-

Ejuſdem populi. 81
Confluentis Reni & Moſæ populi. 83
Belgicæ *urbes precipua.* 85
Burgundiæ *urbes non obſcuræ.* 90
Helvetiæ *civitates.* 91
Hollandiæ *civitates.* 93
Brabantiæ *civitates.* 94
Flandriæ *civitates.* 95
Belgicæ *Galliæ amnes.* 95

FINIS.

LVGDVNI BATAVORVM,
Ex Officinâ Typographicâ
GVILIELMI CHRISTIANI.
ANNO cIↄIↄc.XXXI.